Nº 97

4

UVA. BHSC. LyR. 144

SIBL.
DE LA UNIVERSIDA
Estante n.º
Tabla 3
Número 8565

UVA. BHSC. IyR_144

Epta Fakti

144

UVA. BHSC. IyR_144



UVA. BHSC. IyR_144

EPistola Venerabilis clarissimiq; in sacra theologia magistri fratris Roberti caraczoli de licio ordinis minorum: ad Reuerendissimum & illustrissimum dominū dominum Iohannem de Aragonia: Serenissimi domini nostri domini Ferdinandi Regis Sicilie 2ē filium & locumtenentem generalem. Apostolice sedis Prothonotarium: In qua sua docilitas comendatur.

REuerendissimo patri & dño domino Iohanni de Aragonia Cristianissimi Regis Ferdinandi filio: sedis apostolice dignissimo prothonotario. Frater Robertus caraczolus de licio ordinis minorum: sacre theologie magister humiliter se comendat. Inter preclarissimas virtutes tuas: ingenteſq; animi dotes: docilitas magnopere fulget. Qua fit ut animum semp promptum beniuolūq; exhibeas: ad intelligēdū doctrinam sapientum. Neq; vero elegantissimo ingenio tuo satis esse possunt: que in palatio tue residentie singulis diebus ab eruditissimis viris audire contēdis: quinimo diuinarū humanarūq; rerum īuestigare ac scire ratiōez cupiēs: pia religiōe frequētare soles tēpla sacra dei: ut etiam ibi haurias quicquid ab his qui declamatorie (ut ad populum loqui solet) edoceť. Laudabilis ꝓfecto institutio ista: nedum in adolescente: vł iuuene: verū etiam in quolibet annosissimo & sene: ex eo ꝙ nullus tam sapiens q tam doctus esse potest: quin audiendo doctior fieri valeat. Ex quo stat sententia illa. prīo. ca. prouerbiorum. Audiens sapiens sapientior erit. At & iuris consultus. ff. de fidei cōmissariis libertatibus. l. Apud Iulianū dicit cupidi tatem discendi optimā esse rationem viuendi. Vnde Iulianus dixisse fertur. Et si alterum pedem i sepulcro haberem: adhuc discere aliquid vellem. Quare Valerius in Rubrica de studio & industria miris laudibus extollit Solonem philosophum: qui supremo die vite assistentibus amicis: quedamq; inter se conferentibus: fatis iam pressum caput erexit: interrogatusq; quaꝓpter id feciſſet Respōdit: vt cum istud quicquid est: de quo disputatis percepero moriar. Sacer vero Hieronimus i epistola ad Pammachium & Oceanum: sic de seipso fatetur. Dum essem iuuenis: nimio feruebaz amore discendi: nec iuxta quorūdā presumptionem ipse me docui: Apollinarem audiui Anthiochie frequēter & colui: iā comis spar/

Es de la Biblioteca de la Real Universidad de Valladolid.

UVA. BHSC. IyR_144

gebaꝫ caput canis: & magiſtrū potius q̄ diſcipulum dicebat: prexi tamen Alexandriam: audiui Didimū in multis: ei gratias ago. quia quod neſciebam didici: quod ſciebam illo docente non perdidi. putabant me boiēs finem feciſſe diſcendi. veni rurſus hieroſolimaȝ et Bethleem: quo labore: quo precio: Baraniam nocturnū habui preceptorem · timebat enī iudeos: et alterū michi exhibebat Nicodemum. hec Hieronimus. Horū ſtudia imitanda ſunt: nō eorū qui ſi bi ſcioli videntur: & ſpernūt omnem diſciplinam. De his loquitur ſic Seneca: libro de tranquillitate animi: Puto multos ad ſapientiā puenire potuiſſe: niſi putaſſent ſe pueniſſe. Sed tu ſapiētie cultor: & venerator precipuus: omnem diligentiam apponis: ut a multis multa cognoſcas. Et licet dignata ſit dominatio tua: duȝ Neapolis predicabam: quaſi quotidie ſermonibus meis adeſſe: hortari tādeȝ me voluiſti: ut opus de timore iuditiorum dei in ſcriptis redigerē illudq̄ dominationi tue legendum tranſmitterem. Feci libēs quod iuſſiſti: & operam dedi: ut morem tue gererem volūtati. Accedet hoc ad vtilitatem plurimorum: quoniam que noua ſunt: allicere ſolent humanas mentes. Nam ut ſcribitur actuū. xvii. ca. Dū Paul9 eſſet Athenis: diſputaretq̄ in ſinagoga cum iudeis: & colētib9 deū & in foro p̄ oms dies: cum Epicureis: & Stoycis philoſophis: quidā dicebant eum ſemiuerbiū: ideſt ſeminatorem verboruȝ. Alii vero nouorū demoniorū annūciatorem: ideſt nouarū ſcientiarū ſm. Nicolaum de lira. ꝓpter quod duxerūt eum ad Ariopagum dicētes: poſſum9 ſcire: que eſt hec noua q̄ a te dicit doctrīa? Noua enī que dā īfers aurib9 noſtris. Volum9 ergo ſcire: quid nā velint hec eſſe Athenienſes aūt omnes. & aduene boſpites ad nichil aliud vacabāt niſi dicere aut audire aliquid noui. Hoc eſt quod Ouidius dixit libro. ii: de ponto Eſt quoq̄ cunctarū nouitas cariſſima rerū · Et de hoc Seneca ī queſtionibus naturalibus. Naturale eſt magis noua: q̄ magna mirari. Et idem in. iiii. declamationū. ad noua homines cōueniūt: ad noua cōcurrūt. Cicero inſup in ſua rethorica docet auditores fieri poſſe attētos: ſi de reb9 nouis & iuſitatis nos ꝓmiſerim9 verba facturos. Scripſi igit donāte deo nō indoctis humane ſapientie verbis: quicquid legere: aut inuenire potui: quod hominū corda: ad timendū deū glorioſum reuocet & īducat. Accipe ita q̄ tu pater colendiſſime: libellū iſtum: in quo ſiquid boni reppereris: proba: Si quid vero aut ſuperfluū: aut minus rectum ī illo deprehenderis: corrige. Oro tamen būaniſſimā dominationem tuā:

UVA. BHSC. IyR_144

ne comunicet aut tradat illum iuidis & maliuolis meis: quos mul/
tos nosti. quia ut vtar verbis Hieronimi: ī ꝓlogo ī besdram. Inui
dorum studia omne quod scribim9: reprehendendum putant: & ī
terdum cōtra se conscientia repugnāte publice lacerant: que occul
te legunt: intantum vt clamare cōpellar ac dicere: Dñe libera ani/
mam meam a labiis iiquis: & a lingua dolosa. Bene vale speculū bo
norum morum: & memento mei dum bene tibi fuerit.

¶ Incipit prologus: in opus de timore diuinorū Iudiciorum
In quo exponuntur mistice verba Iohannis in themate.

Idi alterum angelum volantem ꝑ medium celum
habentem euangeliū eternum : vt euangelizaret
sedentibus super terram: & sup omnem gentem:
tribum: & linguam: & super populum: magna vo
ce dicens ¶ Timete deū: & date illi honorem: quia
venit hora iudicii eius. Habentur hec verba Apo
calipsis. xiiii. ca. Ad tantam insaniam cecitatemq; mentis: morta/
les homines iam deuenerūt: ut deum excelsum non arbitrentur suo/
rum peccatorum vltorem: Adiciūt in dies iiquitatem iiquitati: &
in malicia pseuerantes: nolunt cōsiderare formidabilia iudicia ma/
gni dei. Ipse vtiq; minatur cristianis īgratis ꝑ suis execrandis sce
leribus: terribilia mala: posita iam securis est ad radicem: & tamē
pauci rarissimiq; inueniūtur: qui sua corda humilient: sub manu il
lius cuius potencie resistere nemo potest. Et reuera nil periculo/
sius: q̄ īminēcia pericula non timere: quia iuxta Aristotelis senten
ciam. ii. rethorice: Timor facit homines consiliatiuos: Qua de re
ad excitandas mentes duras: que penitentiam fugiūt: & bene bea/
teq; viuere nolunt: decreui opus presens sub titulo: de timore iudi
ciorum diuinorum cōpilare. Pro clariore tamen dicendorum noti
cia: In hoc ꝓlogo: per modum sermonis ipsa verba Iohannis in the
mate exponēda se offerūt. In qb9 tria misteria declarāda cōtinēt.
Primū dicit: Scripture sancte sublimitas ¶ Secūdū: Euangelii mul
tiplicitas ¶ Tertium ¶ Timoris diuini rationabilitas.

¶ De excellentia & sublimitate scripture sancte: que desi/
gnatur per Angelum volantem. Capitulum primum.

UVA. BHSC. IyR_144

PRimum misteriū declarandū: quod.continetur in verbis Iohānis : dicit̃ scripture sancte sublimitas: que per Angelū volantem recte meritoq; designat̃. Est autem scriptura sacra uetus ac nouum testamentū. vt dicitur. di. viii. decretorū. ca. Quis nesciat. Quia vero hec diuinitus est hominibus īspirata: atq; de celo missa. ꝓm illud Petri. ii. ca. prime epistole. Spiritu sancto inspirati: locuti sunt sancti dei homines: Ideo angel9 dici potest. Nā teste Isidoro. li. vii. ethimologiarum : Angelus nūcius vel missus interpretatur. in altum aūt ipsa scriptura volat ꝑ mediū celū quia publice in ecclesia legitur & predicatur. Inquit enim Gregorius in omelia. Regnum celorum presentis temporis ecclesia dicitur. Quanta ergo sit hui9 scripture sublimitas : ex quatuor deprehendere possumus.

Primo: ex eius dignitate. Secundo: ex eius veritate. Tertio: ex eius profunditate. Quarto: ex eius vtilitate.

Quod scriptura sacra est excellētissima ratione dei

Primo siquidem intelligere possum9 sublimitatem & excellētia3 scripture sancte ex eius dignitate. Est enī incōparabiliter dignior omnib9 scienciis & scripturis : eo quod est de digniore subiecto. s. altissimo deo. Vnde Augustinus li. viii. de ciui. dei. ca. prīo. Theologia inquit est sermo vel ratio de deo: neq; obstat. quia Aristoteles dicit prīo posteriorum: ꝙ in qualibet scientia oportet suppone re subiectum quid est. & Damas. dicit: In deo quid est dicere īpossibile est: quare nec deus subiectum sic esse poterit scripture sancte & theologie: Quoniā ut inquit Thomas prima pte. q. prima. articulo. vii. in responsione ad primū argumentum: Licet de deo non possumus scire quid sit: vtimur tamen effectu eius: vꝫ nature : uel gratie: loco diffinitionis: ad ea que de deo in scriptura sacra considerantur. Ipsa igitur scriptura a principio usq; ad finem predicat mirabilia facta dei. Ex quo illi comparari non valent cuncta que a grammaticis: rhetoribus: dialeticis: philosiphis: geometris: musicis: medicis: astrologis: poetis: & iurisconsultibus: fuere conscripta Versantur omnia illa circa infima hec : & mortalia vilia atq; terrena. hec decenter omniū scientiarum regina: mentē hominis ad deū cognoscendu3 diligendumq; subleuat: neq; de aduentu Enee in Italiam canit: ut Virgilius: qui dicit. Arma virumq; cano: Troye qui prim9 ab oris 2c̄ nec ad bella ciuilia inuitat deplorāda. Sicut & Lucan9 qui ait. Corduba me genuit: rapuit Nero: prelia dixi que ges

UVA. BHSC. IyR_144

sere pares: binc socer: inde gener: Bella peremachios plusq̃ ciuilia campos. Iusq; datum sceleri canimus: populumq; potentem: In sua victrici conuersum viscera dextra. & reliqua. Non de his minimis scriptura curat: sed de deo creatore celi & terre differit: de illius ꝓuidentia bonitateq; iusticia: ceterisq; ꝓfectionibus diuinis claro sermone loquitur. Verūtamē plerisq; dubitare solent: cur hec scriptura magnalia dei depromens: rudi ac simplici stilo est annotata. Et quidam absolute respondere solēt: ꝙ eloquētia iutilis est: ymo & dānosa: qua bonis viris vti minime licet. Ad eorum autez robur assumūt verba Lactantii qui libro. v. diuinarum institutionū ait: hec ī primis causa est: cur apud sapiētes & doctos ac prīcipes hui9 seculi scriptura sancta fide careat: ꝙ ꝓfete communi ac simplici sermone: vt ad populum sunt locuti. Cōtēnūtur itaq; ab his qui nichil audire vl' legere nisi expolitum ac disertum volunt. nec quicq̃ inherere animis eorū potest: nisi quod aures blandiore sono mulcet. Illa uero que sordida videntur: anilia: inepta vulgaria existimant̃: ideo nil verum putant nisi quod auditu suaue est: nil credibile: nisi quod potest incutere uoluptatem. Non credūt ergo diuinis: quia fuco carent. Sed ne illis quidem qui ea interpretātur: quia ipsi sunt omnino rudes: aut certe parum docti· Nam ut plene sint eloquentes perraro contingit. Cui9 rei causa in aperto est: Eloquentia eiz seculo seruit populo se iactare: & in rebus malis placere gessit: Si quidem veritatem sepius expugnare conatur: vt vim suaz mōstret opes appetit: honores: concupiscit: summū deniq; gradum dignitatis exposcit. bucusq; Lactantius. de Hieronimo insup glorioso narratur: ꝙ ab angelo fuit corrept9: eo ꝙ Ciceronian9 esset. Sicut notatur. xxxvii. di. decretorum. ca. legimus. quod & ipsemet in epistola ad Eustochiū ꝓfitet̃. Quare eloquēciā omnino reiciēdaz m'ti accusant Quibus ego dico: salua eorū reuerentia: ꝙ eloquētia exornat oēz gradū: oēz statū: oēz deniq; boīez recte fulgētez. Qua Hieronim9 post verbera ut apparet vti īsup voluit. De qua & Cicero ī prīo rhetorice ait: Cū boiēs multis ī reb9 humiliores & īfirmiores sint bestiis: hac ī re maxīe bestiis p̄stare videt̃: ꝙ loqui possunt Quare p̄clarū ꝙdā mihi videt̃ adept9: q ī ea re boīb9 ātecellit: qua ī re homines bestiis prestant. Ob id iudicio meo rectius dici potest ꝙ eloquentia de se bona est: & laude digna: dum tamē ea quisq; vtatur bene. quod sic perpolite norat Quintilianus. li. ii. de oratoria institutione. quidam inquit vehementer in eam. s. rhetoricam uel

UVA. BHSC. IyR_144

eloquentiam iuebi ſolent: & quod ſit indigniſſimum in accuſatioēs orationis vtuntur orandi uiribus: Eloquentiaꝫ eſſe: que penis eri piat ſceleſtos: cuius fraude damnentur interiꝫ boni: conſcilia ducā tur in peius nec ſeditiones modo: turbetq; populares: ſed bella etiā inexpiabilia excitentur. Cui9 deniq; cum maxime ſit vſus: cum ꝑ falſis contra veritatem valet. Nam & Socrati obiciūt Comici: do/ cere eum: quomodo peiorem cauſam meliorerem faciat. Et cōtra Tiſiam: & Gorgiaꝫ: ſimilia dicit: polliceri Plato. & his adiciūt exē pla grecorum: Romanorūq;: & enumerant qui pniciosa non ſingu lis tantum ſed rebus etiam publicis vſi eloquentia turbauerūt ſta/ tus ciuitatum: vel euerterunt: eoq; & lacedemonioruꝫ ciuitate ex pulſam. & Athenis quoq; vbi actor mouere affect9 vetabatur: ve lut reciſam orandi poteſtatem: quoquidem modo nec duces vtiles erunt: nec magiſtratus: nec medicina: non deniq; ipſa ſapiētia. Nā & dux Flaminius: & Grachi Saturnini Glaucie: magiſtratus ege/ re: & in medicis venena: & in his qui philoſophorum nomine male utuntur grauiſſima nōnūq̄ flagicia deprehēſa ſunt. Cibos aſperne/ mur: attulerunt ſepe valitudinis cauſas. nūq̄ tecta ſimul ſubeamus ſup habitantes aliqñ procūbunt. Non fabricetur militi gladi9: po/ teſt vti eodem ferro latro. quis neſcit ignes: aquas: ſine quibus nul la ſit vita. & ne terrenis īmorere ſolem: lunamq; precipua ſiderum aliquando nocere. Num igitur negabitur: deformem pirri paceꝫ: Cecus ille Appius dicendi viribus diremiſſe: Aut nō diuina Mar/ ci Tullii eloquentia & contra leges agrarias popularis fuit: & Ca teline fregit audatiam: & ſupplicationes: qui maxim9 honor victo ribus bello ducibus dat̄ in toga meruit. Non perterritos militum animos frequenter a metu reuocat orator: & tot pugnandi pericu la ineuntib9 laudem vita potiorē eſſe perſuadet. Nec vero me La cedemonii: aut Athenienſes magis mouerint q̄ populus Roman9: apud quē ſumma ſemp oratoribus dignitas fuit· Equidem nec vr/ bium conditores reor aliter effecturos fuiſſe: vt vaga illa multitu do coiret in populos: niſi docta voce cōmota: nec legum reptores: ſine ſumma vi orandi conſequutos: vt ſe ipſi homines ad ſeruituteꝫ iuris aſtringerent: quin ipſa vite precepta: etiam ſi vera ſint bone ſta plus tamen ad formādas mentes valent: qñ pulcritudineꝫ rerū claritas orationis illuminat. Quare & ſi in vtramq; partem valent verba facundie: non tamen eſt equū illud haberi malum: quo bene vti licet: hec Quintilianus. ex quibus omnibus concludim9: lauda/

UVA. BHSC. IyR_144

bilissimam eloquentiam esse. Sed illaz diuinus sermo non sequitur Quia vt Lactantius.li.iii.diuinaruz institutionū ait: Summa pro/uidentia carere fuco voluit ea que diuina sunt: vt oms intelligerēt que ipse omnib9 loquebatur ¶ Secundo comprehendim9 excellēti am scripture sancte ex eius veritate: quia in ipsa sola nichil contine tur falsum: In aliis vero tam philosophorum q̄ poetarum aliorum cp lris quanta inueniantur mendatia: dicant hii qui studiosissime le gere illas. Sed ob causam istam dubitari solet: vtrum liceat legere libros gentilium: illorūcp dicta assumere in reb9 nostris. Ad quod respondem9: cp si id fiat: scriptura sacra cōtemta: & ut errorib9 gē tilium assenciatur: iiquū est & illicitum: Sicut patet. di.xxxvii. de/cretorum. ca. Sacerdotes. vbi sic habetur: Sacerdotes dei omissis euāgeliis & ppbetiis: videm9 comedias legere amatoria bucolico/rum versuum verba cantare: tenere Virgiliū. Et quod in pueris ē causa necessitatis: in se crimen facere voluptatis. Ad idez ē in eadē .di.ca. Nonne. & .ca. Ideo. & .ca. Eps. & .ca. Vnio. Illi igitur qui plus debito delectabiliter īsudant ad legēdas litteras seculares re prehensibiles sunt: qm̄ ut inquit Hieronimus ad Damasum papaz de filio ꝓdigo: Demonū cibus est carmina poetarum: secularis sapi entia: rhetoricorū pompa verborū. bec sua oms suauitate delectāt & dum aures dulci versibus modulatione currentib9 capiunt: aīaz quocp penetrant: & pectoris interna deuinciūt. Vbi cū summo stu dio fuerīt ac labore plecta: nil aliud nisi inanez sonum: & sermonuz strepituz suis lectoribus tribuūt. Nulla ibi saturitas ueritatis: nul la iusticie refectio reperitur. Studiosi earum in fame veri: & vir/tutū penuria pseuerant. bec ille. Sed si quis gentiliū scripturas per scrutetur: vt ut eorum cognoscat & confutet ineptias: vt ut p illas in quibusdam sententiis moralib9 arguat criminosos: vel ut ex illis capiat: siqd veri repperit: vticp bn̄ facit. Cōfirmat̄ hoc. di.xxxvii. decretorum. ca. Qui de mensa. ca ¶ Turbat. ca. Si quis grāmaticaz. Hinc Ag9. li. ii. de doctrīa cristiana ait: Si qua verba nostre fidei philosophi accomoda dixerunt: non solum formidanda nō sunt: sed etiam ab eis tanq̄ ab iniustis possessoribus in nostrum usum vendi canda: cp philosophi qn̄cp & gētiles vera dixerunt testatur Hiero/nimus qui sup primū. ca. Danielis dicit: Simulcp aīaduertēdum est ꝑm Anagogen. Quod rex Babilonis non potuerit vniuersa dei va/sa transferre: sed partem vasorum tēpli dei. que intelligenda sunt dogmata veritatis. Si enim cunctos philosophorū reuoluas libros:

UVA. BHSC. IyR_144

neceſſe eſt ut in his reperias aliquam partem vaſorum dei ut apud Platonem: Fabricatorem mūdi deū: Apud Zenonem ſtoycorum principem: Inferos & imortales aīas: & vnum bonum honeſtatem Sed quia iūgūt mendatium veritati: & nature bonū multis ꝓdunt malis. Ideo ꝑtem vaſorum dei: & non omnia vaſa integra atq; perfecta accepiſſe memorantur. hec ibi. Ipſe adhuc Hieronimus in ꝓlogo: in expoſitione Danielis de lrīs ſecularibus ita fatur. Ad intelligendas extremas partes Danielis: multiplex grecorū iſtoria neceſſaria eſt: Sutorii: videlicet & Callinici: Diodori: Hieronimi: polibii: poſſidonii: Claudii: Theonis: & Andronici: Ioſephi quoq; & eorū quos ponit Ioſephus p̄cipueq; noſtri Liuii: ac Pōpei: Trogi atq; Iuſtini: qui omnes extreme viſionis narrant hiſtoriam: & poſt Alexandrum uſq; ad Ceſarem Auguſtū · Sirie & Egipti. i. Sceleuchi & Anthiochi: & Ptolomeorum bella deſcribunt. Et ſi qñ cogimur ſecularium litterarū recordari: & aliqua ex his dicere que olī omiſimus: non noſtre eſt voluntatis. Sed ut ita dicam grauiſſime neceſſitatis: vt ꝓbemus ea: que a ſanctis ꝓphetis ante ſecula multa predicta ſunt: tam grecorum q̄ latinorū: & aliarum gentiū lrīs cōtineri. & ipſe idez Hieronim9 in epiſtola ad magnū oratorē vrbis dicit: q; Apoſtolus Paul9 in epiſtola ad Titum: Eximenādris poete vſus eſt verſiculo dicens: Cretenſes male beſtie mendaces ventris pigri. Et ne mlta dicam9: taz Hieronim9 q̄ Auguſtin9 reliqq; greci: & latini doctores in ſuis dictis perſepe ad ſuū ꝓpoſitum gētiliuz ſententias trahūt. Tamen vt prediximus: ſola ſcriptura dei eſt: que ab omni falſo & mendatio imunis exiſtit: & quicquid loq̄t veriſſimū eſt: eo q; verax eſt deus qui nobis illam dignatus eſt reuelare. Ob q; Lactantius. li. primo diuinarum inſtitutiounm ait. Omiſſis terrenis huiuſce philoſophie auctorib9 nichil certi afferētibus aggrediamur viam rectā: quos equidem ſi putarez ſatis ydoneos ad bene viuendū duces eſſe: & ipſe ſequerer: & alios vt ſequerentur hortarer. Sed cum magna inter ſe concertatione diſſideāt ſecumq; ipſi plerūq; diſcordent: apparet eorū iter nequaq̄ eſſe directum. Siquidem ſibi quiq; vt eſt libitum proprias vias impreſſerunt: cōfuſionēq; maximā inquirentibus veritatē reliquerunt. Nobis autem qui ſacramētum religionis accepim9: cum ſit veritas reuelata diuinitus: omnes vtriuſq; ſexus ſine ullo diſcrimine ad celeſte pabulum conuocamus. hec ille. Sed ſtatim increduli nos aggrediuntur obitientes: q; ſancti qui ſcripſerunt confinxere mēdaciter

UVA. BHSC. IyR_144

a deo accepisse que tradunt: O pernitiosa & detestāda opinio: que refelli facile potest. Si consideremus quanto amore ꝓphete & amici dei veritatem cōplexi sunt. Inquit Lactantius. li. primo diuinarum Institutionum: Voluntas fingēdi ac menciēdi eorum est qui opes appetunt: qui lucra desiderāt: que res ꝓcul a sanctis viris fuit Ipsi vero seuissima passi sunt tormenta: dirosq; cruciat9: ꝓ defensione veritatis: quam docebant. Vnde Hieronim9 in epistola ad Pāmachium & Oceanum ait: An putam9 fratres: quia iocando predicent: ridendo loquant̃ apostoli: Cristus iudiciū infantiliter cōminetur: Sed ioci non sunt: vbi supplitia intercidūt: Si iocādo passi sunt credantur iocando locuti: Isayas serra secatur. Daniel leonibus deputatur. Paulus trūcatur gladio: & Petrus domini exēplo in cruce suspenditur. & hoc totum ut nos a peccatis sua doctrina reuocarēt. Non est igitur fictio aut mendatiuꝫ: quod de vita futura proclamatur: quod de inferni penis preconizatur: & quod predicatur de ipsius dei perfectionib9 admirandis.

¶ De ꝓfundo sensu scripture sancte: quo omne humanum ingenium superatur.

¶ Tertio apparet excellētia & sublimitas scripture sancte: ex ei9 ꝓfunditate. In ipsa quidem non solum voces significant: verū etiā res ꝑ uoces significate. Ratio ſm Thomam prima ꝑte. q. prīa articulo. x. Quia auctor scripture est deus: In cui9 potestate ē: ꝙ nō solū voces ad significandū accōmodet: sed etiaꝫ res ipsas. Illa ergo prima significatio qua voces significāt res: ꝑtinet ad primū sensum qui. s. est historicus: vel litteralis: Illa autem significatio qua res significate ꝑ voces: iterū res alias significant: dicit̃ sensus spiritualis Hic aūt trifariam diuiditur. Sicut eiꝫ dicit Apostol9: Lex vet9 figura est noue legis: & ipa noua lex ut dicit Dionisius. li. de ecclesiastica Ierarchia est figura future glorie: In noua etiā lege ea que in capite gesta sunt: sunt signa eoruꝫ que nos agere debem9. Scd̄m ergo ꝙ ea que sunt veteris testamenti significant ea que sunt noue legis: est sensus allegoric9. Allegoria. n. idem est ꝙ aliena ductio: ab alle ꝙ est alienum: & goges ductio. Scd̄m vero ꝙ ea que ī cristo facta: vl̄ in his que cristum significāt: sunt signa eorū que nos agere debemus. est sermo tropologicus. i. conuersus ad mores. prout vero significat ea: que sunt in eterna gloria est sensus Anagogicus Anagogia. i. sursum ductio: ab anas quod ē sursum & goges ductio Est itaq; scriptura sacra in sensu litterali plena & facilis: In sensu

UVA. BHSC. IyR_144

vero ſpirituali omne deuincit & ſuperat humanuꝫ ingenium: hinc Aug9.li.ii.ſup.gen.ait. Maior eſt hui9 ſcripture auctoritas: q̃ oīs humani ingenii ꝓſpicacitas. & idem in epiſtola ad Toluſianum dicit: Tanta eſt enim criſtianarum ꝓfunditas lrārum: ꝙ in eis cotidie ꝓficerem: ſi eas ſolas ab ineunte pueritia uſq; ad decrepitam ſenectutē: maximo ocio: ſummo ſtudio: meliore ingenio: conarer adiſcere: non ꝙ in eis que ad ſalutem ſunt neceſſaria: tāta perueniatur difficultate: ſꝫ cum fidē ibi quiſq; tenuerit: ſine qua pie: rectēq; non viuitur: tam multa: tamq; multiplicīū miſteriorū vmbraculis opacata intelligēda ꝓficientib9 reſtant: ut annoſiſſimis: acutiſſimis: flagrātiſſimiſq; ſuauitati diſcēdi cōtīgat quod eadē ſcriptura quodā loco cōmeōrat: Cū cōſumauerit hō: tūc icipiet. hec ille. & Hiero9 ſup illo verbo pſal. Adipe frumēti ſaciat te. Pīguiſſim9 ē ſermo diui/n9: quicqd vis ex ſermōe diuino naſcit. ¶ Et Gregori9. xx. moraliū ca. prīo. Oēꝫ ſapiētiā atq; doctrinā ſacra ſcriptura trāſcēdit: que vera p̄dicat: ad celeſtē vitā īuitat: a terrenis deſideriis cor legētis reuocat: dictis obſcuriobus fortes exercet: paruulis buīli ſermōe blāditur. Nec ſic clauſa eſt: ut paueſci debeat: nec ſic patet: ut vileſcat ſed uſu faſtidium tollit: & tanto plus diligitur: quāto amplius meditatur. Quāte autēꝫ ſit ꝓfunditatis ſcriptura ſacra apparet ex tot libris: ſermonib9: omeliis: expoſitionibuſq; pene īnumeris: In q̃b9 doctores tam greci q̃ latini totis viribus deſudarūt. & omiſſis aliis inſpitiamus quot quanta ue volumina edidit Origenes: & poſt illū Aguſt. de quib9 ita inquit Iſidorus. li. vi. ethimologiarum: Origenes oīs tam grecos q̃ latinos operum ſuorum magnitudine ſuperauit. deniq; Hieronim9 ſexmilia librorū ei9 ſe legiſſe fatet̃: horū tamen omnium ſtudia vicit Ag9. qui tāta ſcripſit: ut dieb9 ac noctibus nec legere quiſq; ſufficiat libros illi9. ¶ Vlterius ſcripture altitudinem cōprehendere valemus ſi reuocemus ad mentē miracula que veraciter ꝓclamant̃ de interpretatione facta tempore Ptolomei: hic ut dicit Rabanus. xiiii. li. de origine rerum: fuit peritiſſimus omniū lrārū: diſcipuluſq; Strabonis philoſophi: qui bibliothecam fecit: in qua habere voluit libros legis iudeorum: qui ad ſacrā ſcripturam pertinent. Vt enim tradit Iſidorus. li. vi ethimologiarum: temporibus eius Alexandrie ſeptuagintamilia librorū inuēta ſunt· Aſſerit autem Euſebius in hiſtoria eccleſiaſtica: ꝙ Theopomp9 hiſtoricus temtauit ſcripturam ſacram de hebreo in grecū tranſferre & dei iudicio per. xxx. dies ī amentiā eſt verſus. Theo

UVA. BHSC. IyR_144

doctus etiam ob eandē causam cecat9 est. Verū penitentes sanati sunt: ob quod misit Ptholomeus pro interpretibus ad Heleaczarū pontificem iudeorū: & de hoc sic loquitur Ag9. li. xviii de. ci. dei. ca. xliii. post Alexandri macedonis: qui etiam magn9 cognominatus est: mirificentissimam minimeq; diuturnam potētiam: qua Asiam vniuersam: ymo pene totum orbem partī vi & armis: partim terrore subegerat: quando inter cetera orientis Regna: etiam Iudeam ingressus obtinuit: eo mortuo milites illius cum regnū illud amplissimuz non solum possessuri: verum etiam bellis omnia vastaturi dimississent: Ptholomeos reges habere cepit Egipt9: horū primus Lagi filius multos ex iudea captiuos transtulit in egiptum. Huic succedens alius Ptholome9: qui est appellatus Philadelphus omnes quos ille captiuos adduxerat liberos redire permisit: Insup & dona regia in templū domini misit: petiuitq; ab Eleaczaro tunc pontifice dari sibi scripturas: quas profecto audierat fama predicāte diuinas: Ideo illas habere cupiebat in bibliotheca quā nobilissiāz fecerat: Has cum idem pontifex eidē misisset hebreas: post & ille interpretes postulauit: & dati sunt ei. lxxii. de singulis duocim tribubus homines vtriusq; lingue doctissimi: grece. s. & hebree. quorum interpretatio: vt septuaginta vocetur optinuit consuetudo: Traditur sane tam stupendum planeq; diuinum in eorum verbis fuisse consensum: ut cum ad hoc opus sepatī singuli sederēt: ita enī placuit Ptholomeo eoruz fidem explorare: nec ī vno verbo quod tantūdez significaret. nec in verborū ordine alter ab altero discreparet. Sed quod oms scripserant vnuz erat: qm reuera spirit9 vn9 erat in omnibus hec Ag9. Ad plenius tn intelligenda illius verba sciendum q; vt Iustinus refert: post mortem Alexandri: fact9 est prim9 Rex egipti Ptholome9: qui regnauit annis. xl. tam clare: vt omnes regnantes ab eo postea dicerētur Ptholomei hic fm Siccardum suo libro de temporibus ī die sabbati ascēdit hierusalem simulans velle sacrificare deo: sciens Iudeos tali die abstinere ab armis Itaq; cepit hieroſalem. Successor vero eius fuit Philadelphus: qui regnauit annis. xxxviii. & fuit studiosissimus: & hoc dicit Ag9. q; construi fecit copiosissimam bibliothecam. Notandum insup fm Isidorum. li. vi. ethimologiarum q; bibliotheca dicitur o biblio grece quod est librorum: & theca repositio: Bibliothecam aūt veteris testamenti Esdras scriba post incensam legem a chaldeis: dum Iudei regressi fuissent in hierusalem: diuino affatus spiritu reparuit

UVA. BHSC. IyR_144

cunctaq; legis ac ꝓphetarum volumina: que fuerunt a gentib9 corrupta correxit. Apud grecos bibliothecā prim9 īstruxit Pisistratus tirannus Athenien̄sium: quam deinceps ab Athenien̄sib9 auctā Xerses incensis Athenis euexit in persas. Longoq; post tempore Sceleucbus Nicbanor rursus in gretiam retulit. De binc magnus Alexander & successores eorum instruendis omnium librorū copiis animum intendere: maxime Ptbolome9 pbiladelpbus. Rome prim9 librorum copiam aduexit Emilius Paulus perse Rege macedonū deuicto. Deinde Lucullus e pontica yreda. Post boc Caesar dedit Marco varroni negotium maxime bibliotbece construē de. de bis satis. Ad scripturam sanctā iam sermo vertendus ē: que ꝓfūditate sua tot pitissimorū virorū vt dictū ē exercitauit īgenia

¶ De vtilitate legēdi: aut audiendi scripturam sacram.

¶ Quarto cognoscere poterim9 excellentiam & sublimitatē scripture sancte: ex eius vtilitate. prodest quidē & non parum: illaq; deuote legentibus ac audiētib9: vnde & Paul9. ii. thi. iii. ca. dicit: Oīs scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum: ad arguendū ad corrigendum: ad erudiendū: in iusticia: ut ꝓfectus sit bomo dei: ad omne opus bonum instructus. bec peccatoribus ꝓ penitentiam salutis fiducialiui prestat: bec iustos pseuerare suadet in via domini: bec vicia detestatur: virtutesq; extollit: bec summum bonum desiderandum predicat: bec infernum fugiendum bortat̄: bec dei mādata seruanda monet: bec blanditur bumilibus: cominatur impenitentibus: & recte viuentibus: aut post peccata ad deum redeuntibus vitam pollicetur eternam. banc qui ualent legant delectabiliter: qui uero legere non possunt: negotiis familiarib9 impediti audiant illam benedicentes precipue predicatores: quibus cura puigil esse debet: scripturas ipsas principaliter predicare. Venite ergo o populi: & audite disciplinam sacrarum lrārum: quia ut dicitur xxxviii. di. decretorum. ca. Sicut. Sicut stellas celi nō extīguit nox ita mentes fidelium inberentes firmamento sancte scripture non obscurat mundana iniquitas. Dictum sit de sublimitate sacre scripre: que fons est irriguus refocillans & faciens omnem animam iusticiam & veritatem sicientem.

¶ De multiplici euangelio: & qualiter scriptura tota nos excitat vt timeamus deum. ca. ii.

EXistimo rem gratam facere: si in boc secundo misterio aperuero euangelii varietatē: ex eo ꝙ quasi ꝓplexus est multorū

UVA. BHSC. IyR_144

animus: qui intelligere ambiunt: quid in verbis Iohannis nomine euangelii eterni importet̃. Sunt & adhuc plerisq; predicatoribꝰ insultantes: dum euangelicum textum predicare obmittunt: q̃si trāsgressores existant p̄cepti dominici: Marci vltīo. ca. ubi dicit̃: Eūntes in mundum vniuersum: predicate euangelium omni creature. Quare ad huiusmodi pplexitatē amouendam: in hac pte de multiplicitate euangelii erit disceptandū: ut sic vniuscuiusq; aiꝰ quiescat in cognitione euangelice veritatis: neq; de cetero predicatoribus detrahatur: qui vt dictum est euangelicam lrāz non semper sequūtur. Quadruplex ergo euangelium distinguemus: ¶ Primum est: euangelium approbatum ¶ Secundum: euangelium dubitatum. ¶ Tertium: euangelium reuelatum ¶ Quartū euangeliū īterp̄tatū.

¶ De euangelio quod scripserunt quatuor euangeliste.

¶ Primum est euangelium approbatū: illud. s. quod scripserūt quatuor euageliste. Vt enī bēt̃ ex dictis Hieronimi: īp̄logo ī Math· & Isidori. vi. li. ethi. Primꝰ qui scripsit euangelium fuit Matheus Anno. s. cristi. xlii. Nam volens ex iudea recedere ¶ que sic dicta ē ex tribu Iuda: postq̃ intrauerunt terram p̄missionis: Nam antea dicebatur terra chanaam: eo q; post diluuiuz habitauerunt ibi filii Cham ¶ scripsit ergo euangelium lrīs hebraycis: ut sic remaneret apud iudeos: credentes memoria eorum que docuerat: vbi apparz quanta sit vis lrārum: Ideo dicit Isidorus. li. i. ethi. vsus lrārum repertus est p̄pter memoriam rerum ¶ Nam ne obliuione fugiant: lrīs alligantur. In tanta enim rerum varietate: nec disci audiendo poterant omnia: nec memoriter retineri ¶ Et addit ipse Isidorus. Quod littere sunt indices rerum: signa verborum: quibꝰ tāta uis est: vt dicta nobis absentiū sine voce loquantur. Hebreorum lrās. Moyses: Syrorum & Chaldeorum Habraam repertor. Ideo cum lrīs numero & sono concordant: Solis caracteribus discrepāt Egiptiorum lrās Isis regina Inachi filia a grecia veniēs in egiptuz repperit. & egiptiis tradidit: Grecarū lrāruz vsum primi fenices inuenerunt. de quibus ait Lucanus: Fenices primi fame si credītur ausi: mansuram rudibus vocem signare figuris. Cadmꝰ Aggenoris filiꝰ grecas lrās ex fenice. xvii attulit ī grecia. Isponiades troyano bello tres adiecit. post quē Simonides miles tres alias addidit Latinas lrās Carmentis Nimpha prima Italis tradidit: Carmentis autem dicta: quia carminibus futura canebat: hec p̄prie vocata Nicostrata. Cartarū vero vsus vt Isidorꝰ dicit. vi. li. ethi. In men

UVA. BHSC. IyR_144

phi egipti ciuitate iuentus est. Ante enim scribebant vel in tabulis marmoreis: & latericiis. Apud gentiles vero Frigius Dares: de grecis & Troyanis historiam edidit: quam in foliis palmarum ab eo conscriptam esse ferunt. Redeundum iam est ad efficaciā lrārū sine quib9 multa & quidē necessaria obliterata essent. Quapropter Iohannes solobriensis in prologo policratonis ait. Exempla maio/ rum que sunt incitamenta & fomenta virtutis: nullum omnino eri gerent: aut seruarent: nisi pia sollicitudo scriptoruz & triūphatrix inhertie diligentia eadem aliquid ad posteros transmisisset. Et iterum idem: Quis Alexandros sciret: aut Caesares: quis stoycos aut peripateticos miraretur: nisi eos insignirent monimenta scrip torum: quis apostolorum aut ꝓphetarum amplexanda imitaretur vestigia: nisi eos posteritati diuine lrē cōsecrassent: hec ibi. Math. ergo ut dicit Nicola9 de lira: interpretatur datus: quia inter euā gelistas primo datus est a deo: ad scribendum euangelium. Secun dus scripsit euangelium March9: anno sequenti: eloquio greco: ꝑm Isidorum in italia sequutus Petrum ut discipulus. Tertius Lucas greci sermonis eruditissimus: ꝑm Isidorum & Hieronimū: in gre/ tiam in Achaye partibus scripsit euangelium sub Theofilo episco po. Quartus & ultimus Iohannes: scripsit euangelium in Asia: qui fuit in scribendo vltimus: ut inquit Hieronimus in ꝓlogo in Iohā/ nem: ex eo quod erat virgo & iuuenis: quare ut verecundus se ige rere noluit: quousq; ab episcopis Asie rogaret̄: & ab hereticis exci taretur. ¶ Sed hic tria dubia sunt aperienda. ¶ Primuz ¶ Quare nō vnus scripsit euangelium. ¶ Scd̄m: Quare crist9 bn̄dictus non scri/ psit: quicq̄ posteris relegenduin. ¶ Tertium utrum predicatio ve teris testamenti repugnet predicationi euangelii. ¶ Ad primum respondet quedam glosa: ꝙ euāgeliste sunt testes domini: & hoc nō propter indigentiam: claritatis diuine: sed infirmitatis humane: q̄ firmius & certius credit pluribus q̄ vni: In ore eniz duorū vl̄ triū testium stat omne verbum. vt dicit̄ Mathei. xviii. ca. &. ii. q. iiii. ca. 1. &. ii. ad corin. xiii. ca. & deuteronomii. xix. ca. &. xlviii. di. ca. qm̄. &. xi. q. iii. ca. precipue. & extra de testibus. ca. licet. & extra de testi. ca. Relatum. Et ideo dispositi diuina sapientia: vt plures essent euangeliste: qui si omnino diuersa dicerent: fidez non firma rent: Ad hoc enim ut testimonium sit solidum: necesse est testes cō cordare. Si vero omnino idem dicerent: iam totum vnum esset: & supfluū: vt ergo certum esset testimonium: & nichil contineret

UVA. BHSC. IyR_144

ſupfluū: diſpoſuit ſpiritus ſanctus: vt aliqua ſingulariter narrarēt: aliqua comuniter: nulla vero diſcorditer. Ideo dicit Ag9. de cōſen ſu euangeliſtarum q̄ non oēs euangeliſte idem dixerunt. Sed vbi concurrerunt: in idem narrandum: non diſcordant ¶ Ad ſcd̄m du bium reſpondere poſſum9 ex dictis ſancti Thome. iii. pte. q. xlii q̄ criſtus benedict9 non ſcripſit: quia non fuiſſet conueniens digni tati ſue: ita ſcribere: ſicut expediebat communi vtilitati: eorū q̄b9 doctrina ſua erat tradenda. Si vero ſcripſiſſet ꝑm altitudinē digni/ tatis ſue: nullus fuiſſet capax miſteriorū & ſic ſcriptura illa fuiſſet fruſtra ¶ Ad tertium dubium: Iam īmorandū eſt: propter nōnul/ los: qui palatum infectum habentes me mordēt: quia ī hoc opere hiſtorias veteris teſtamenti: predicandas conſcripſi ¶ Videtur for te ipſis vetus teſtamentum abiciendum. Sed caueant ne Seueriani ſint: de quibus dicit Iſidorus. viii. li. ethimologiarū. q̄ fuerūt q̄dā heretici: ſic noiati a Seuero hereſiarcha: non recipientes vetus te/ ſtamentum: & reſurrectionem. Dicim9 ergo q̄ quicumq̄ predicat ea: que continentur in euangelio: predicat euangelium: Sed qui p̄ dicat vetus teſtamentum predicat ea que continentur in euāgelio ergo predicat euangelium. Matheus namq̄ primo. ca. genealogiā criſti explicat: nominans patres: & reges veteris teſtamenti: Et ī ii. ca. inducit auctoritatem Iſaye. vii. ca. Ecce virgo concipiet. Et in eodem. ca. allegat dictum Michee. v. ca. Et tu Bethleem 2c̄ Et eodem. ca. dictum Iſaye ¶ Ex Egipto vocaui filium meum. Et. iii. ca. dictum Iſaye. xxxx. ca. Vox clamātis ī deſerto: dirigite viā domino: Et. iiii. ca. dictum Deuteronomii. vi. ca. Non temptabis dominum deum tuum. Et. xii. ca. Exemplum Ione: qui fuit ī ven tre Ceti. Et. xv. ca. textum Iſaye Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe eſt a me: Et. xvii. ca. Apparitione3 ex pri mis Moyſi: & Helye. Et. xix. ca. criſtus docet precepta decalogi: q̄ ponūt̄ Exo. xx. ca. Et. xxii. ca. allegat̄ auctoritas Dauid: Dixit domin9 domino meo: ſede a dextris meis. Et. xxvi. ca. auctoritas Zach. ꝓphete Scriptum ē ꝓcutiam paſtorem: 2c̄ Et Luce. ii. ca. dicitur: Impleti ſunt dies purgationis Marie: ꝑm legem Moyſi. Eodem. ca. circumciſus eſt puer. Et. xvi. ca. Dixit criſt9 verba A braam: habent Moyſen & ꝓphetas: audiant illos: & vltimo. ca. O portet impleri omnia que ſcripta ſunt ī lege Moyſi: & ꝓphetis: & pſalmis de me: Vtiq̄ hec & ſimilia ex veteri teſtamēto ſumpta in euāgeliis continentur: quare qui ea que ſunt veteris legis ad criſtū

UVA. BHSC. IyR_144

ordinata predicat: euangelium vtiq; non obmittit.

¶ De euangeliis Apocrifis: qb9 nō adhibet plena fides.

¶ Secundus est euengelium dubitatum: vt Nicodemi: Iacobi: & aliorum que inter apocrifa computantur. xv. di. ca. Sancta Romana ecclesia: ſm Isidorum. li. vi. ethi. Apocrifa dicta. i. secreta: quia in dubium veniunt: in his apocrifis & si inueniatur aliqua veritas: tamē ꝓpter multa falsa: nulla est eis canonica auctoritas: que recte a prudentibus iudicantur non esse credenda: quibus ascribuntur. Nam multa & sub nominibus ꝓphetarum: & recentiora sub noīb9 apostolorum: ab hereticis ꝓferuntur: que omnia sub nomine apocriforū auctoritate canonica diligēti exaīatiōe remota sūt. hec Isi.

¶ De euangelio beati Pauli apostoli.

¶ Tertium est euangelium reuelatum: de quo Apostol9 ad Galathas. prīo. Notum vobis facio euangelium: quod euangelizatū est a me: quia non est ſm hominem. neq; enim ego ab homine accepi il lud: neq; didici: sed ꝑ reuolacionem Ihesu cristi.

¶ De euangelio large sumpto quod ē tota scriptura sancta.

¶ Quartum est euangelium interpretatus. Tota siquides scriptura sacra large euangelium dici potest. ſm Isidorum euangelium interpretatur bona ānūciatio. Grece eubonum: angelium ānūciatio dicitur. Hoc est illud euangelium eternum: scriptura. s. sacra: bene ānūcians nobis eternam veritatem dei: nobis temporaliter reuelatam. Ideo dicit Hieronimus prima. q. i. ca. Marcion. Marcion & Basilides: & cetere hereticorum secte non habent dei euangelium quia non habent spiritum sanctum: sine quo humanum fit euangelium quod docet. Nec putem9 ī verbis scripturarū esse euāgeliū sz ī sensu: nō ī supficie sz ī radice nō ī sermonū foliis: sz ī medulla rōnis hec ille. Que verba contra illos dicta sunt: qui litteraz tm̄ quatuor euangeliorum nomine euangelii volunt intelligi. Nos vero omnē scripturam dei vltra quatuor euangelia vt predixim9 euangeliuz appellamus. hec ergo est: que bene omnib9 ānūciat: vt deum timeant. Excitentur iam omnes populi: oms gentes: oms vtriusq; sex9 & audiant quid vndiq; scriptura canit: certe a prīcipio usq; ad finē Timete deum: Timete deum: Timete deum. hoc dicit in leuitico ca. xxv. Vnusquisq; timeat deum suum. Et de hoc scribit Deutero nomii. iiii. ca. Dixit deus ad Moysen: Congrega ad me populū vt audiat sermones meos: & discat timere me omni tempore. Et deu teronomii. vi. ca. Dominū deum tuum timebis: & ipsi seruies. Et

UVA. BHSC. IyR_144

Ioſue. xxiii. ca. Timete deum & ſeruite ei corde pfecto. Et primi Regum. xii. ca. Timete deum & ſeruite ei in veritate. Et pſalmo .ii. Seruite domino in timore. Et. pſ. xxxiii. Timete dominū oīs ſancti ei9. Et. pſ. cxi. Beat9 vir qui timet dominū. Et Thobie. viii. Multa bona habebimus ſi timuerimus deum. Et Iudith. xvi. Qui timent te: magni erunt apud te p omnia. Et Eccleſiaſtici prio. Timenti deum: bene erit in extremis: in die defunctionis ſue benedicetur. Et. ii. ca. Fili accedens ad ſeruitutem dei: ſta in iuſticia: & ī timore. Et. x. ca. Gloria diuitum honoratorum & pauperū timor dei eſt. Et. xix. ca. Da locum timori altiſſimi: quia omnis ſapiencia timor domini. Et. xxiii. nichil melius q̄ timor domini. Et. xxv. Beatus vir cui datum eſt habere timorez domini. Et ꝓuerbiorū. iii. ca. ¶ Time deum: & recede a malo. Et. xiiii. ca. Timor domini fons vite: vt declinet a ruina mortis. &. xxiii. ca. Eſto i timore domini tota die: quia habebis ſpem in nouiſſimo. & Eccleſiaſ. viii. ca. Ego cognoui: & erit bonum timentibus deū. & Malachie. i. ca. Si ego dominus vbi timor meus? & Nie. v. ca. Quare non ambulatis ī timore domini. & Michee. vi. ca. Salus eſt timentibus nomen tuū. Et .ii. chorin. v. ca. Scientes timorem domini hoībus ſuadem9. & Luce. ii. ca. & miſericordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies timentibus eum. hec eſt tonans illa vox oīs diuine ſcripture: de qua Io. dicit: q̄ oīb9 populis alte ſonanda eſt ¶ Timete deum: qui quare timendus ſit in ſequentibus oſtendemus.

¶ Quod rationabile eſt timere deum: capitulū tertium.

¶ Sunt plurimi qui de timore dei audientes loqui: non ſoluu non formidant: & pauent: quinymo in deriſum habēt que dicunt. Aiūt enim clementem eſſe deum: & natura miſericordem: a quo nullus malum prouenire poteſt. & ut docet Ariſto. ii. rhetorice Illa timemus ex quibus nobis mala ꝓueniunt. Sed nō aduertūt theologorus ſententiam: & precipue ſancti Tho. ſecūda ſecunde. q. xix. Quod malum pene & ſi ſit malum. ſm quid: inquantum. ſ. ledit eos quib9 inferť: verūtamen eſt bonum ſimpliciter inq̄tū ꝓuenit ex ordine diuine iuſticie. Ea ꝓpter ut ītelligāt omnes quare timendus deus eſt: a quo ꝓueniūt mala pene. In hoc capitulo de ratione diuini timoris erimus tractaturi. Quia Iohānes ſubdit: quoniam venit hora iudicii eius. Sunt enim quatuor in deo iudice: & peccatorū vltore: propter que merito timeri debet. ¶ Primum eſt noticia ¶ Secūdum diſplicentia ¶ Tertium potencia ¶ Quartum iuſticia.

UVA. BHSC. IyR_144

¶ Quod deus benedictus cognoscit omnia peccata tã secreta q̃ publica: prima ratio.

¶ Primum quod est in deo quare timeri debet ẽ notícia. Ipse vtiq; omnia nostra mala: non solum publica & manifesta: sed etiã occulta: & in corde latencia nosci: scrutaturq; intima omnia: & penetralia cordium: ꝓbatur hec veritas auctoritatib9 oĩs scripture diuine & humane. Ait ergo Iob. xlii. ca. Scio domĩe quia oĩa potes: & nulla te latet cogitacio. & Sapiens ꝓuerb. v. Respicit domin9 vias hominis: & omnes gressus illius considerat. & Eccles. vii. Non te iustifices ante deum: quia agnitor cordis ipse est. &. xv. ca. Nõ dicas a deo abscondam: & quis mei memorabitur: omne cor intelligitur a deo. Et. xxxix. cap. non est quicq̃ absconditum ab oculis eius. Et psal. xciii. Dominus scit cogitationes hominum. &. i. Regum. xv. Homo videt ea que patent: deus autem intuetur cor. Et. i. paralipomenõ. ca. penultimo. omnia corda scrutat̃ domin9: & vniuersas mentium cogitationes intelligit. & Danielis. xiii. ca. Deus eterne qui absconditorum omniũ es cognitor: & qui nosti omnia añq̃ fiant & Paulus ad hebreos. iiii. ca. Omnia sunt nuda & apta oculis eius. & Io. i. canonica. iii. ca. Maior est deus corde nostro: & nouit omnia. & in decretis. di. xxxii. ca. Erubescant. Secretorũ cognitor & Iudex ẽ deus·&·ii·q·i·ca·De9 oĩpotẽs. &. ii. q. v. ca. Consuluisti· Deus sol9 nouit corda filiorũ hoĩm·& idẽ facit quod scribit̃. xi. q. i. ca·Sacerdotib9·& xxii·q. i. ca. Nõ nobis. &. xviii. q. ii. ca. Pernicioſaꝫ. & xxiii. q. v. ca. Prodest. &. xxiiii. q. i. ca. Odi. &. xxvi. q. v. ca. Nec mirũ. &xxvi. q. vi. ca. Agnouim9. &. xxxii. q. i. ca. Apud & de. pe. di. i. ca. Quẽ peitꝫ. & extra de officio delegati. ca. Nouit & de Simonia. ca. Tua nos. & Hiero. ad Demetriadẽ virgiẽꝫ: Oĩm operum & cogitationum tuarum speculatorem tuuꝫ crede deum. & Sixtus pictagoricus in sententiis: Cogitacio hoĩs deum nõ latet & ideo cogitatio tua pura sit ab omni malo. & Seneca ad Lucilluꝫ: Quid ꝓdest aliquid ab hoĩe esse secretum: nichil deo clausum est. Ipse cogitationibus nostris interuenit: sic interuenit dico: vt nunq̃ aliqñ inde discedat. & Ouidius in. iii. metamorfoseos: Aspiciũt oculis superi mortalia iustis. Sed contra ista obicit̃ multiplicater: prio Quia deus non cognoscit aut intelligit aliud a se: ergo non cognoscit nostra peccata: vt enim dicit Aristoteles. xi. methafisice: Intelligibile est ꝓfectio intellectus: Si igitur deus ĩtelligeret aliud a se intellectus eius ꝓficeretur ab alio: & sic aliquid esset nobilius ipso:

UVA. BHSC. IyR_144

quod est falsum ¶ Secundo arguitur ꝑm Anselmum: Oē quod ē melius: circa deum est ponendum: sed quedaꝫ melius est nescire q̄ scire: Sicut dicit Augustin9 in Eucheridion: ergo necesse est pone re ꝙ deus illa non sciat: sed illa sunt peccata: ergo de9 nescit nostra peccata: ¶ Tertio: Sicut deus est omnium sciens: ita deus est omni potēs: sed deus nō potest mala: ergo neꝙ scit mala Quarto arguit̄ quia Abacuc primo dicitur ¶ Mundi sunt oculi tui dñe ne videant malum ¶ Ad primum respondet Bonauētura: in. i. di. xxxix. ꝙ co/ gnoscere aliud a se est dupliciter: aut per aliud a se cognoscēte: aut ꝑ se. quando cognoscens cognoscit aliud: & ꝑ aliud: tunc verum est ꝙ pfectionem habet aliunde: & tunc eius intellectus est inpotētia & recipit aliunde pfectionem: & ideo additionem & transmutati/ onem. & hoc omnino ē inpossibile circa deum: quia ut īquit Comen tator sup. xii. methaphisice: Intelligere dei est sua substantia: paꝫ quia sua substantia est sua actio: patet etiam: quia est actus pur9 & simplex. Et ibidē comentator dicit: ꝙ intellectus in deo ītellectio & intellectum idem sunt: deus ergo illa que sunt extra se: non per illa: sed ꝑ suam essentiam intelligit: quia illa suum intellectum non possunt perficere: mouere: ac in se ipsis terminare. & ideo intellē9 diuinus cognoscendo vilia non vilescit ¶ Propterea dicit Dionisius li. de. di. no. Materialia deus cognoscit īmaterialiter: diuisibilia: ī diuisibiliter: & multa vnitiue. Ratio quia de9 īmaterialis ē: & sim plex: & vnus vnde qualis est ipse: talis ē eius cognitio ¶ Ex quibus omnibus sequit̄ ꝑm Tho. i. p. q. xiiii. articulo. v. in responsione ad secundum argumentum: ꝙ nichil est pfectio diuini intellect9: nisi ipsa essentia dei ¶ Ad secundum obiectum respondet ¶ Bo. ꝙ aliqd dicitur melius dupliciter. ſ. simpliciter: & ꝑm statum. Dico ergo ꝙ scire omnia simpliciter melius est & nobilius: sed homini corrupto qui accipit occasionem peccandi ex cognitione: melius est quedam nescire: ideo non sequitur ꝙ sit deo attribuendū ¶ Ad tertiū dicit Bonauentura: ꝙ non est simile de potentia: & scientia: quia rectitu do manens rectitudo: est ratio cognoscendi malum. Sed rectitudo non est causa mali: nisi declinando a rectitudine: in deficiēdo. ideo scire mala est de pfectione sciencie: Sed posse mala non est de per/ fectione potentie ¶ Ad quartum dicit. Bonauentura: ꝙ in deo est duplex cognitio: vna approbationis: alia simplicis notitie. Congni tio approbationis notat complacentiam volūtatis: & hac nō cogno scit deus omnia. & sic nec mala nec malos: sed tantū bona & bonos:

UVA. BHSC. IyR_144

& sic dicunt auctoritates. Est alia cognitio simplicis notitie: & hoc quia habet rationem cognoscendi a veritate: que est lux summa: cui nichil potest occultari: nec etiam tenebre obscurabāt ab ipso: Ideo cognoscit omnia: magna: & parua: bona: & mala.

¶ Quod peccata displicent deo: contra illos qui dicunt quod deus de peccatis nostris non curat.

¶ Secundum quod est in deo: quare timeri debet: est displicentia displicent sibi peccata: ꝓpter que peccatores abhominatur & odit: Vnde Dauid in. ps. Odisti omnes obseruantes vanitates. & Eccle. v. Altissim9 odio habet peccatores. & Sapiētie. xiiii. Similiter sunt odio deo impius & impietas eius. & Ag9. li. de peni. & de. peni. di. iii. ca. Sunt plures. Scio dominum īimicū omni criminoso. Et idez li. xii. de. ci. dei. ca. iii. Dicuntur in scripturis inimici dei oms: qui non natura: sed viciis: eius aduersantur imperio. Cur deus odit diabolum? nisi ꝓpter peccatum. vtiq; nec Petrum diligeret si: criminosus esset. In tantum nāq; peccatum est ei exosum: ꝙ filium suū crucifigi voluit: vt cū illo peccatum crucifigeretur ¶ Inquit Ag9. sup epistolam ad Colosscenses. Innocens occiditur: peccatum crucifigit̄ Animaduerte o peccatrix anima: & considera dei filiuz in cruce pēdentem: liuoribus & plagis plenum: & pie ipsum interroga: O delicatissime iuuenis: O fili dei altissimi: Cur ista pateris? Cur tanto dolore concuteris? Et respōdebit tibi ꝓtin9: Hec omnia patior vt patri meo ꝓ peccato hūani generis satisfaciam. Hoc ē quod Isayas dixit. liii. ca. Vulneratus est ꝓpter iniquitates nostras: & attritus est ꝓpter scelera nostra: disciplina pacis nostre sup eum: cuius liuore sanati sum9. & Petrus. i. epistola. ca. ii. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo sup lignū: vt peccatis mortui: iustitie viuamus: Cuius liuore sanati sumus. O quautū timeret subditus Regis: cuz certitudinaliter sciret: in eius fore odio ac displicentia: Semper pauidus esset: ac nimio terrore correptus tacit9 cogitaret: O quid cōtra me rex erit facturs: heu me displicui sibi: odiū in me iecit suuz Quanto magis tu infelix anima timere debes dum mente recogitas: ꝙ Regem regum offendisti. Expauesce: & contremisce: quia iniquitates tuas: si te non correxeris puniet.

¶ Quod potentie dei nullus resistere potest. Tertia ratio.

¶ Tertium quod est in deo: quare timendus est: Potentia dicitur. Diximus in quadragesimali de penitentia: in sermone de oīpotētia dei: qualiter ipsi domino celorū nulla creatura angelica vel hūana

UVA. BHSC. IyR_144

reſiſtere poteſt: Apparebit etiam hoc in ſequētibus: cum in ptcu/
lari: de iudiciis eius verba faciemus.

¶ Quod iuſtitia ē in deo. qua etiā ī p̄ſenti ſepenuēro puīt malos
¶ Quartum quod eſt in deo: quare timere oīs illum tenentur: eſt
Iuſtitia: de qua inſup dictum eſt diffuſe: ī ſermonib9 de iuſtitia dei
in quadrageſimali de penitentia: Nūc vero id ſcire ſufficiat: quod
licet in generali iuditio: omnia ſint mala punienda: tn̄ frequentius
multa in hoc ſeculo puniūtur: vt oſtendatur: q̄ deus iuſtus iudex
concidit ceruices peccatorum. Neceſſe eſt ergo: vt peccatorib9 du
ris dicamus id pſ. Niſi conuerſi fueritis: gladium ſuū vibrabit: ar
cum tetēdit: & parauit illū: quia venit hora iudicii eius. A quo nos
miſericorditer liberet: qui eſt benedictus in ſecula ſeculorū Amē.

¶ Sermo ſecundus De diuinis iudiciis & flagellis
que a ſtultis peccatoribus non timentur.

Vriora ſaxis humana corda p̄ſepe videt̄ eſſe: que nullo
dei timore terrentur. neque peccata deponere ſtudent
Infixa manent in fecibus ſuis: & deum celi illis cōminā
tem contempnunt. Idcirco ad excitandas animas inber
tes: vt auſu temerario depoſito: timeāt deum ¶ In p̄ſenti ſermōe de
tiore dei ī generali dicem9: videbim9 q̄ de illo tria miſteria prīcipa
lia ¶ Priūz dicit̄: vilipēſioīs ¶ Sedm cognitioīs ¶ Tertiū euitatioīs
¶ Qualiter homines non timēt ymo cōtep̄nūt iuditia dei· ca. i.
¶ Talis eſt multorum conditio vt dei iudicia ſpernāt atq̄ derideāt
quod qnidem ratione quadruplici facere cognoſcuntur ¶ Prima
dicitur Incredulitatis ¶ Secunda longanimitatis. ¶ Tertia appa/
rentis bonitatis ¶ Quarta mundane proſperitatis.

¶ Quod multi non credunt que dicuntur de Iudiciis dei.
¶ Primo non timentur dei iuditia ꝓpter incredulitatem. quia cum
narrantur aut leguntur: nolunt excecati peccateres: fidem preſta
re dictis: quia malelibenter quis acceptat quod nollet. ymo cōtra/
rium: ſm illud Senece: in prima Tragedia: Quod nimis miſeri vo
lunt: hoc facile credunt. Sic euenit tempore diluuii: de quo paulo
inferius tractabimus. Nunq̄ voluit gens illa peritura Noe Archā
fabricanti dare fidem. Sic accidit Baltaſar Regi Babilonis. de quo
dicit Nico. de lira. ſup. v. ca. Danielis. Quod cum publice diceret̄
regnū ei9 debere p̄ſiſtere: vſq̄ ad finem captiuitatis Iudeorum: de

UVA. BHSC. IyR_144

qua predixerat Iheremias: Ihere. xxix. ca. ſ. q̄. lxx. ānis erat dura tura: deridebat omnes. Et cum ſibi diceretur: q̄ exercitus Darii: & Ciri validiſſimus veniebat contra eum: negliebat q̄uiſionem cō tra mentem: dum vero obſeſſa eſſet Babilon: fecit grande cōuiuiū & celeberrimum optimatibus ſuis: & incontemptum bibebat ī vaſis templi que aſportauerat Nabuchodonoſor. Et ſic vacans epulis vidit manū ſcribētez in pariete. Mane. Cethel. Phares. Aduocato autem Daniele interpretatus eſt viſionem dicens. Mane. Numerauit deus regnum tuum: & compleuit illud. Cethel. Appēſus es in ſtatera: & inuentus es minus habens. Phares. diuiſuz eſt regnū tuum: & datum Medis & Perſis. Cū hoc audiſſet: licet honoraſſet Danielem: tamen ſtabat in p̄tinatia ſenſus ſui: quare eadem nocte Babilon capta fuit: & Baltaſar interfectus ac iugulatus. De iſta e/ uerſione Babilonis dicit Horoſius. li. ii. Babilon eo tempore a Ci/ ro rege ſubuerſa: quo primum Roma Tarquiniorum dominatiōe liberata eſt. Siquidem ſub vna eademq̄ cōueniētia temporum illa cecidit: iſta ſurrexit. & quaſi moriens dimiſit hereditatem

¶ Quod deus lōganim9ē & patiēs: tn̄ ad lōgū iudicat īpeitētes.

¶ Secundo non timentur dei iuditia: p̄pter dei patientiam: & lon/ ganimitatem. Aiūt namq̄ peccatores ceci: Tam diu ſuſtinuit nos deus: & nunc nec aliter faciet. De his Ag9. li. iiii. de doctrina cri ſtiana ſic loquitur. Pleroſq̄ incredulos miſerationis dei pacientia longa peccare facit intrepidos: quia deum non arbitrantur ſuoruz peccatoruz vltorē. verūtn̄ libranda ſunt illa verba Valerii: Lēto eteniz gradu: ad ſui vindictam diuina p̄cedit ira: tarditatemq̄ ſup plicii ſeueritate cōpenſat. Et Hieroni. in comento ſup Iheremiam inquit. Quanto maior eſt numerus temporū: quibus obliuiſcimur deum: tanto maior eſt pena peccati: quod nec longitudine ſeculo/ rum potuerit edomari.

¶ Quod multa bona opera fiunt: ſed non propter deum.

¶ Tertio non timentur iudicia dei: propter apparentem bonitatez fiunt q̄nq̄ aliqua bona ſimulata: non p̄pter deum: ſed ad cōplacētiā hominū. Vadunt ad miſſas vſurarii: libros in manibus deferentes Sodomite: Fornicatores: & alii ſimiles: frequentant diuina: nō vt honorent deum: ſed vt boni viri eſſe videantur ¶ Quandoq̄ autem ſuaſu predicatorum: & inſpirante deo per donum gratie gratis da te: ad talia pagenda ducuntur: tamen grandia peccata non relin/ quunt. & p̄ſuadent ſibi: exquo operantur aliquod bonum: timēdum

UVA. BHSC. IyR_144

eis non esse. quibus ego dico: q̄ & si deus aliq̄diu retardet sentētiā: ꝓpter huiusmodi bona: verūtn̄ nisi sequatur vera & realis emēdatio: tandem ad sua iudicia sepenumero manum extendit.

¶ Quod mꝑti cōfidūt īꝓspitate: & tn̄ ex īspato sepe flagellāt a deo

¶ Quarto non timentur iuditia dei: propter mundanam prosperitatem: in qua quidem velut ebrii iam facti: putant se esse deos. in diuitiis: in robore corporis: in gloria seculi: licere ipsis arbitrantur facere quicquid velint. In quibus ut dicit Seneca in tragediis: prosperum ac felix scelus: Virtus vocatur ¶ Confidunt in vanitate sua: & de sua virtute: ac temporalibus bonis presumūt: & gloriantur. Contra quos dicit Seneca in tragediis: Nemo confidat nimium secundis. & idem ad Lucillum: Noli huic tranquillitati confidere: momento mare euertitur eodem die: vbi luserunt nauigia sorbentur. binc Iheremias. xlvii. ca. Ciuitati affluenti ꝓsperitate & non timenti deum: ait: Audi hec delicata: & habitans confidenter que dicis in corde tuo: ego sum: non sedebo vidua. & ignorabo sterilitatem. venient tibi hec duo subito: in die vna. O quot ciuitatibus ex inꝓuiso supuenit ira dei ¶ Et vt omittamus reliqua: inspiciamus quid factum ē: ꝓ inopinatos terremotꝰ. Accepi omnia que sequūtur: ex quadam Cronica Ricobaldi ferrariensis regnāte Tigrane in Siria: terremotu facto: periere hominum. lxx. milia. vrbes alique subuerse· Anno. v. Tiberii tredecim vrbes in Asia cecidere terremotu concusse. Imperante Nerone: tres in Asia urbes terremotu corruere. Anno octauo Vespasiani. iii. vrbes terremotu cecidere. Anno octauo Trayani Nicea & Nicomedia corruerunt. Anno eiusdeꝫ. xvi. Anthiochia pene tota corruit terremotu Imperante Dyoclitiano terremotu facto apud Tirum & Sydonē multa milia hoīm periere. Tempore Cōstantini secundi terremotus In oriente plurimas vrbes solo strauit. Non omnia & singula explicari possunt: in quibus apparet: q̄ terribilis: & formidanda est dextra: dei omnipotentis: que in momento confundit omnem supbiam hominum. Ideo semper timendus est.

¶ Quibus signis debemus verisimiliter extimare: quā do iuditia dei sunt propinqua. capitulum secundum.

Licet inscrutabilia sunt iuditia dei: & nostrum nō sit cognoscere tempora: & momēta: que in sua posita sunt potestate nichilominꝰ ꝓ signa quedā cognoscere possumꝰ: quando timēdū ē: ne ī breui veniāt sup nos mala: Nec p̄sumptuosuꝫ

UVA. BHSC. IyR_144

eſt ita loqui: aut tenere. quãdoquidez ipſe dominus Ihesus bñdict9 Math. xxiiii. & Luce. xxi. dixit ab arbore autem fici diſcite parabolam Cuz videritis quia ram9 eius tener fuerit: & folia nata: ſcitis quia ꝑpe eſt eſtas. Quare in hac parte notabimus quatuor ſigna p que ſcire debemus quando timendum ſit: ne de ꝓximo nos pulſent iuditia & flagella dei ¶ Primum dicitur magnitudo ¶ Secundum multitudo ¶ Tertium conſuetudo ¶ Quartum promptitudo.

¶ Quod cum cõmittunt̃ grauia peccata: ꝓxima ſunt iuditia dei ¶ Primum ſignum quo cognoſcuntur in proximo ventura iuditia dei: dicitur Magnitudo peccatorum. quando. ſ. fiunt peccata horrenda: grauia: ſiue nephanda. Nec tenenda eſt opinio Stoycorum de quibus dicit Tho. 1. ſecunde. q. lxxiii. arti. ii. ꝙ volebant omnia peccata eſſe paria: quinymo ꝑm diuerſitatem & qualitatẽ circũſtãtiarum vnum alio grauius iudicatur. ff. de penis. l. Aut facta: Sũt ergo omnia peccata mortalia grauia: quedam tamen ceteris grauiora. Sicut ſunt Simonie: ꝓphanationes: ſacrorũ locorũ Inreuerẽtia: diuini cultus filcidia: Sacrilegia: Adulteria: inceſtus: Sodomie: Blaſſemie: Periuria: Crudelitates: violentie: rapine: vſure: Odia: liuores: rancores: fraudes: deceptiones proditiones: & ſimilia.

¶ Quod multitudine peccantium deus iudicat populos. ¶ Secundum ſignum quo cognoſcuntur in proximo dei iuditia ventura: dicitur Multitudo peccantium. quando enim peccata grauia cõmittũtur a paucis: adhuc eq̃nimiter ſuffert deus. Sed ſi a multis ꝑpetrantur: non diu continebit manum ſuam. ve & iterum ve nobis: quia nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt. in quib9 cõpletur dictum pſ. Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum: nõ eſt uſq; ad vnum. Rara inquit Hieronimus aduerſus vigilantium virtus eſt: nec a plurib9 appetit̃. & Ouidius. li. ii. de ponto. ait: Nec facile multis inuenies milibus vnũ Virtutem precii: qui putet eſſe ſui. O q̃ exiguus eſt numerus ſeruiẽtiũ deo in veritate. O q̃ta eſt ſequela dyaboli. O quot diſcipulos iam habet Anticriſtus. Non eſt veritas: non eſt bonitas: ĩ filiis hominũ. deſcẽdẽtib9 ab vniuerſalib9 ad ꝑticularia. iubz Plato qeſcere

¶ Quod cõſuetudo & ꝑſeuerãtia ĩ peccatis ꝓuocat deũ ad iram. ¶ Tertium ſignũ quo timenda ſunt in proximo vẽtura iuditia dei: dicitur conſuetudo. quando. ſ. peccata grauia a multis cõmiſſa: cõſuetudine: & longa ꝑſeuerantia: in cordibus populoruz leuia facta ſunt. Defendunt namq; multi peccata ſua: & excuſant cõſuetudiẽm

UVA. BHSC. IyR_144

allegantes:nō aduertentes omniū doctorum ſententiam:qui firmi
ter aſſeuerant: q̄ conſuetudo nec excuſat:nec alleuiat peccata:ymo
aggrauat:& adauget.quare.di.viii.ca.Mala.dicitur.Mala con/
ſuetudo non minus q̄ pnitioſa corruptela vitanda eſt.& ibi.in.ca.
veritate.Veritate manifeſta credat conſuetudo veritati.& infra.
Nemo conſuetudinem rationi:& veritati preponat:quia conſuetu
dinem:ratio & veritas ſemper excellit.& eadem.di.ca.Si cōſuetu
dinem.Vſus qui veritati eſt contrarius:abolēdus eſt.& in.ca.qui
contempta.Cum criſtus veritas ſit:magis veritatem q̄ cōſuetudi/
nem ſequi debemus.& in.ca.Conſuetudo.Conſuetudo ſine verita
te vetuſtas erroris eſt.ꝓpter quod:relicto errore ſequamur veri/
tatem.& extra de conſuetudine.ca.Ex lrīs.Conſuetudo que cano
nicis obuiat:inſtitutis nullius debet eſſe momenti.Ideꝫ hēt extra
de conſuetudine.ca·Cum venerabilis.Extra·de vſu pallii.ca·Ex
tuarū·Extra·de officio Archi·ca·Cum ſatis.Extra·de Iuramēto
calumnie.ca.Ceterum.Extra de vita & ho.clericorū.ca.Cum de
corem.Extra de ſtatu mona.ca.Ea que.Extra de conſecratione
eccle.ca.Aqua.Extra de ſimo.ca.Intm̄.ca.Tua nos.Extra de cō
ſuetudine.ca.Conſuetudinem.li.vi.Extra de cenſibus.ca.Quāq̄·
li.vi.Hec dixiſſe volui ad refellendam reprimendāq̄ temerariam
excuſationem:tranſgreſſorum diuine legis.qui ſemper ad conſue/
tudinem querunt ſubterfugere.Sic faciunt vſurarii:Sic mercato/
res fraudulenti:Sic mulieres vane:Sic ambitioſi clerici:Sic per no
men dei ivanum:crebro iurantes:Sic blaſſemantes deū & ſanctos:
Sic deniq̄ omnes diſſoluti corde.Qui tanto magis debēt timere iu
dicia dei:q̄to vident ſe p conſuetudinem a peccatis detineri.

¶Quod ira dei vicina eſt:quando peccatores nec timent
deum:nec de hominibus erubeſcunt.quartum ſignum

¶Quartum ſignum ad agnoſcendam iram dei fore propiquam:eſt
Promptitudo:quando.ſ.tota aīaduerſione & promptitudine:cō/
mittuntur peccata horrenda:a multis:in quolibet ſtatu:conſuetu
dinarie:& pſeueranter:ſine timore dei:& ſine verecūdia hominū:

¶Quo me vertam:vnde incipiam? An tacere debeam? Ve mun/
do a ſcandalis.Non erubeſcunt amplius homines pecuniam petere
pecuniam dare:in quibus erubeſcendum eſſet:non adulterari:&
alia nephanda cōmittere publice:non mutuare ad vſuram:non fa/
cere queq̄ turpia.Et tn̄ Cicero gentilis¶O criſtiane peſſime¶li.1.
de officiis ait.Sine verecūdia nichil rectū eſſe poteſt:nichil hoēſtū

UVA. BHSC. IyR_144

& Valerius li. iiii. Verecundia est parens omnis honesti cōsilii: tutela solemnium offitiorum: magistra innocentie: cara proximis: accepta alienis: oī loco: oī tēpore: fauorabilem pre se ferens vultuꝫ. & Apuleyus libro de deo Socratis ¶ Artes alie siue scientie possunt ignorari: sine erubescentia: sicut ratio pingendi: saltandi: siue cantandi: quas vir bonus potest sine vituperatione contemnere: Sed nescire bene viuere: nūq̄ audebis dicere: sine pudore ¶ Et Bernar. super cantica: Verecundia inquit spiritualis gloria conscientie est: fame custos: vite decus: sedes virtutum: primicie laus: nature insigne: totius honesti prochdolor. Pudet dicere: que fiunt his tēporibus inuerecunde: inpudenter: elata facie: & cum derisione: & contemptu dei ¶ O cristiana religio: que omnis mundicie & sanctimonie speculū esse deberes: hodie: quia verecundia est extincta: facta es turpis: & sordida: & templum omnis inmūdicie & dissolutionis.

¶ De remediis quibus euitari possunt iudicia dei. ca. iii.

REstat hoc loco tertio differendum: qualiter dei iuditia possumus euitare: Inquit Hiero. sup Iheremiam. Admirabilis clemētia dei: populos ad penitentiā inuitat: malens saluare conuersos q̄ perdere delinquentes: Idcirco vt si voluerimus nobis ꝓpuidere: caueregꝫ a furore domini: notabim9 q̄tuor prīcipalia: p̄cipuaqꝫ remedia. ¶ Priuꝫ dicit peccatorū emēdatio ¶ Secundū corporū afflictio ¶ Tertiū orationū frequētatio ¶ Quartū sanctorū virorū deuotio

¶ Quod cessandum est a peccatis ut fugiamus iudicia dei.

¶ Primum remedium est emendatio peccatorū: vt peccatores emēdent & corrigant: deponantqꝫ veterem vitam ¶ Nā si cessante causa cessat effectus. vt dicitur extra de renuntiatione. ca. Post trāslatioēꝫ. Et extra de appellationib9. ca. Cū cessante. extra de iureiurando. ca. Et si cristus. extra de pe. & re. ca. Cum infirmitas. Et lxi. di. pagra. his oib9. & .ca. Neofiti. & .i.q.i.ca. Quod ꝓ remedio & .i.q.vii.ca. quod ꝓ necessitate. Si igitur deus flagellat populos ꝓpter peccata: defitientib9 peccatis defitiet & plaga. Hoc ē quod Ag9. dixit: Nouit deus mutare sententiam: si tu noueris emēdare delictum. que verba notantur. xxii. q. iiii. ca. Vnusquisqꝫ. ca. Incō mutabilis. & de pe. di. i. ca. Nouit bene. & Zacharie primo. Dixit deus: Conuertimini ad me: & ego conuertar ad vos: dixit domin9 An ad hoc ostendendum īualidum est: exemplum Ezechie· Absit de illo vtiqꝫ. iiii. Re. xx. ca. narratur. ꝙ cum egrotasset ad mortē: venit ad eū Isayas ꝓpheta dicēs. Dispone domui tue quia morieris

UVA. BHSC. IyR_144

& non viues: qui conuertit faciem ſuam ad parietem: fleuitq; fletu magno: & orauit dominum. Et anteq̃ egrederetur Iſayas mediaz partem atrii: factus eſt ſermo domini ad eum dicens: Reuertere: & dic Ezechie: Audiui orationem tuam: & vidi lacrimas tuas: Et aditiam vite tue annos. xv. Ex quo patet: q; deus reuocat multotiens ſententiã cõminatoriaz: cũ peccatores ad illũ buĩliter cõuertũt

¶ Quod Ieiunia & diſcipline mitigant iram dei.

¶ Secundum remedium: quo euadare poſſumus dei iuditia ẽ: Corporum afflictio: vt. ſ. corpora caſtigemus diſciplinis atq; ieiuniis Sicut viri Niniuite fecerunt: de quibus Ioñ. p totum clara narrat̃ hiſtoria: de his dicit Hieronimus. li. ii. contra Iouinianuz: Niniue ciuitas magna: iram domini ieiuniorum miſeratione retorſit: quaz vtiq; Sodoma atq; Gomorra placaſſent: ſi ieiunio patrocinãte: deũ conſiliare voluiſſent. Cum audiſſent Niniuite Ionam clamantem: Adhuc. xl. dies: & Niniue ſubuertetur: non deriſerunt eum: non ſpreuerunt vocem eius: ſed credentes illi. veſtiti ſunt ſaccis: & ieiunauerunt: & dominus miſertus eſt illorum.

¶ Quod orationibus & helemoſinis placatur ira dei.

¶ Tertium remedium ad iram dei declinandam dicitur orationuz frequẽtatio: vt fiant helemoſine & orationes aſſidue: dicatq; vnuſquiſq;: Ne reminiſcaris domine delicta noſtra vel parentũ noſtrorum: neq; vindictam ſumas de peccatis noſtris. Bona inquit Thobias. xii. ca. eſt oratio cum ieiuniis: & helemoſinis. Inducant̃ pueri & puelle: & virgiẽz glorioſaz p̃cet̃: ſalutẽtq; reuerẽter cũ A. M.

¶ Quod interceſſio beatorum virorum flectit deum.

¶ Quartum remedium eſt bonorũ virorum: & ſanctorum deuotio dum ſe populi peccatores cognoſcunt: inducant bonos religioſos & ſpirituales viros: vt deprecentur pro illis deum. qui & crebro vota illorum exaudiens: populos ſuſtinet: & tandem largitur gratiam. qua mediante peruenire poſſunt ad gloriam Amen.

¶ Sermo Tertius de iuditio dei cõtra ãgelos ſupbientes.

DE iudiciis dei diſtincte particulariterq; de cetero loquturi: ab illo ſumemus inicium quod primum a diuina iuſtitia factum omnes doctores ſancti indubitanter affirmant. Quando ſcilicet angeli mali ꝓpter peccatum a celo empyreo confuſibiliter eiecti: p diffinitiuaz ſentẽtiã

UVA. BHSC. IyR_144

penis eternis fuerunt deputati. Ad hoc aũt bñ intelligendum: opꝰ erit de angelica natura aliqua ſubinferre. Quibus ītellectis: admirari timereq; cogemur: ne demonum ſectantes veſtigia: cum illis tandem damnemur eternaliter: ī inferno. Si enim ipſi non peccaſſent vna cum beatis aliis qui remanſere habitarent: in deliciis paradiſi. Sed quia deo inmortali auſi ſunt fieri rebelles: exulabunt inpetuum: a patria illa: omni letitia & vbertate referta: de ipſis igit̃ in hoc ſermone tria miſteria proponimus declaranda. ¶ Primum dicitur Conditionis ¶ Secundum Offenſionis ¶ Tertiũ Punitioīs

¶ De excellentia demonum & conditione ſublimi: anteq̃ peccaſſent capitulum primum.

Diligenter in hoc miſterio primo ꝓſcrutari: debemus q̃ egregia ſublimiſq; fuerit conditio demonũ: anteq̃ diuine rebelles fuerunt maieſtati. hoc vero ex quatuor colligere poſſumus. ¶ Primo ex parte nature ¶ Secundo ex parte gratie ¶ Tertio ex parte glorie ¶ Quarto ex parte excedentie.

¶ Quod deus bñdictus creauit oñs demoēs bonos natura.

¶ Primo colligitur dignitas angelorum ante peccatum ex ꝓte nature: vbi queritur a doctoribus: vtrum demones fuerunt mali natura? & aliqui nitunt̃ ꝓbare q; ſic: triplici medio: primo quia Aguſ. li. x. de. ci. dei dicit. Eſt quoddam genus demonum natura fallax: ſimulans deos: & animas defunctorum ¶ Secundo quia peccatũ eorum ponitur fuiſſe in primo inſtanti ſue creationis patet quia Ioh. viii. dicitur. Ille homicida erat ab initio: & Io. i. cano. ca. iii. Qui facit peccatum ex diabolo eſt: quia ab initio diabolus peccat. & Aguſ. xi. ſup geneſim ad lit. Factus cõtinuo ſe a luce veritatis auertit ſuperbia tumidus: & ꝓprie poteſtatis delectatione corruptus. & idē xi. de ci. dei. Mox vt factus eſt: In ſupbiam erupit ¶ Tertio arguit̃ a ſimili: Quia ſi aliqui homines ſunt naturaliter mali: de quibus dicitur. Sapientie. xvii. Erat eorum malitia naturalis: ergo & aliqui angeli poſſunt naturaliter eſſe mali. Sed contra: magiſter ſententiarum in textu. di. iii. li. ii. dicit Boni erãt omnes angeli: qñ primo facti ſunt. ſed ea bonitate quam natura incipiens acceperat ¶ Dicendum ergo q; deus fecit omnes angelos bonos: quia vt dicitur genñ. primo. Vidit deus cuncta que fecerat: & erant valde bona. & Hieronimus ad Paulinum ait: Bonus eſt deus: & omnia quecumq; facit bona ſint: neceſſe eſt ¶ Ad primuz itaq; dicendum: q; verba illa non ſunt Auguſtini: ſed Porphirii: quem ipſe reprehendit: plene

UVA. BHSC. IyR_144

conteſtans: ꝙ demones non ſunt natura mali: ſed ꝓpria voluntate:
¶ Ad ſecundū dicit Bonauentura: in. ii. di. iii. ꝙ fuit quorundā opi
nio: ꝙ ſimul tempore fuit diabolus & peccauit: nec ūq̄ fuit niſi ma/
lus: que opinio excomunicata eſt: ab epiſcopo Pariſienſi: Ideo theo
logi in hoc oms cōueniunt: ꝙ inter creatione3 & lapſum: fuit aliqua
morula: licet adeo ꝑuula: ꝙ pro nichilo reputatur. quia vt dicitur
ii. phiſicorū · Quod modicum deeſt quaſi nichil deeſſe videt ¶ Ideo
auctoritates intelligende ſunt recte pro illa morula: non ꝓ ſimulta
te nature & peccati. Landulfus autem in. ii. di. iiii. ponit. iiii. mo/
ras. Prima eſt: in qua omnes angeli fuerunt creati in ꝑfectis natu/
ralibus: & iuſtitia originali. Secunda in qua boni cōuerterunt ſe ad
deum: & mali ad ꝓpria naturalia: ſe ardentiſſime diligendo ¶ Ideo
in iſta mora boni gratiam receperunt: Mali non ponendo obicem.
¶ Tertia mora in qua mali operati ſunt varia peccata: & temptaue/
runt bonos: & fuit illud preliu3: & boni fecerunt multa bona: & vi
riliter reſtiſterūt. Quarta mora in qua boni ꝑmiati ſunt: mali pu/
niti. Iſte vero more diſtinguūtur: vł ꝑ coexiſtentiā ad aliquas par
tes temporis: licet valde paruas. vel ex diſtīctione iſtorū ſtatuum
& operationū: ſeu variationum ¶ Ad tertium obiectū dicit ſanct9
Thomas. i. ꝑte. q. lxiii. ꝙ malicia aliquorum hominum poteſt dici
naturalis: ł propter conſuetudinem: que eſt altera natura. vt dicit
Ariſto. li. de memoria: & reminiſcentia &. vii. ethi. &. i. rhetorico
rum. vel dicitur naturalis ꝓpter naturalem inclinationem ex ꝑte
nature ſenſitiue: ad aliquam inordinatam paſſionem ¶ Sicut quida3
naturaliter dicuntur iracundi: vł cōcupiſcentes non autem ex ꝑte
nature intellectualis ¶ Angelis itaq3 hoc cōpetere non poteſt. quia
ut dicit Dioniſius: Angeli ſunt ſpirituales mentes: in quibus non
eſt natura ſenſitiua.

¶ De opinioīb9 variis doctorū: an āgeli fuerūt creati cū gratia
¶ Secundo apparet dignitas angelorum: ante peccatum ex ꝑte gra
tie. Fuerunt etenim a deo ſic ꝓducti: ꝙ gratie capaces erant ¶ Hic
vero inter doctores non ꝑua eſt controuerſia ¶ Vtrum ante lapſu3
habuerunt demones gratiam gratum facientem: ſ quidā dicere vo/
luere. ꝙ angeli nulla gratia indiguerunt: vt cōuerterentur in deū
qm̄ ſupeſt gratia ad aliquem effectum. vbi ſufficit natura ¶ Ange/
lus vero naturaliter conuertitur in deum: quia naturaliter deum
diligit: ergo gratia non eſt illi neceſſaria. Sed contra hanc opinio/
nem eſt omnis doctrina theologorū. Ideo dicit Tho. i. ꝑte. q. lxii.

UVA. BHSC. IyR_144

Quod angeli indiguerunt gratia: ad hoc ut conuerterentur in deū ꝙ̄ put est obiectum beatitudinis. Nā angelus naturaliter diligit deū inq̄̄tum est principium naturalis esse: non aūt inq̄̄tum est beatifi/ cans: ꝙ̄ sue essentie visionem: videre quippe deum ꝙ̄ essentiam: est supra naturam intellectus creati: vnde nulla creatura potest habe re motum voluntatis ordinatum: ad illam beatitudinem: nisi mo/ ta a supnaturali agente. & hoc dicimus auxilium gratie: quare an/ geli indiguerunt gratia gratum faciente: vt cōuerterent se ad deū sub ratione formalis obiecti beatitudinis: quia voluntas creata siue angelica siue humana: inferior est ipso obiecto bn̄fico. Fuerūt alii dicentes: ꝙ̄ ex quo gratia erat eis necessaria ut cōuerterent̄ in deū habuerunt gratiam gratum facientem ¶ Nam Ag9. xii. de ci. dei. dicit: Creauit deus angelos: simul in eis condens naturam: & largi ens gratiam. & Hieroni. super Oseam. Demones cū magnitudine & pinguedine spiritus sancti sunt creati. Aliorum vero opinio est ꝙ̄ angeli non fuerunt creati cum gratia gratum fatiente: hanc opi nionem tenet dominus Bo. & Scotus: & Francisus de marone: & cōmuniter omnes moderni: in. ii. di. iiii. asserētes: Quod boni an/ geli post creationem ante confirmationem acceperūt gratiam: de mones vero nūq̄̄ illam habuerunt: & hoc ꝙ̄pter dispositionem natu re angelice: que fertur in id quod appetit sine retardatione. vnde sicut ex conuersione ad malum: ita ꝙ̄funde conuersi sunt: vt nō pos/ sent redire. Sic ymo multomagis ex cōuersione ad bonum: siue ex habilitate: ita bono totaliter adhesissent: si gratiam gratum fatiētē habuissent: ꝙ̄ nūq̄̄ lapsi essent. Vnde non videtur ꝙ̄babile: ꝙ̄ Luci fer habuerit illam gratiam: & sic nec alii ¶ Huic opinioni adheret magister in textu vbi inducit Augustinū: qui ait ¶ Quod angel9 & homo licet acceperit vnde stare posset: non tamen gratiam vnde ꝙ̄ ficere posset. Et Ag9. li. ii. sup genesiz ad litteraz dicit: Intellectua lis natura primo creata est in formis: postea vero formata. Hugo insup. li. ii. de sacramentis pte. v. ca viii. asserit: quatuor fuisse an gelis in sua creatione attributa ¶ Primum fuit discretio ꝙ̄sonalis. ¶ Secundum intelligentie claritas ¶ Tertium substantia simplex. ¶ Quartum liberi arbitrii facultas ¶ Et non enumerat gratiaz. Qui vero hanc opinionē sequūtur: respondent ad auctoritates inductas in secunda opinione: ꝙ̄ gratia sumitur triplicit̄er. s. cōmunissime: cōmuniter: & ꝙ̄prie ¶ Primomodo gratia dicitur quicqd supaddit̄ donis nature: sine quo homo est homo: & sine quo hō potest saluari

UVA. BHSC. IyR_144

& cum quo etiam poteſt damnari: Sicut eſt habere excellens inge nium: fecundam memoriam: ſingularem fortitudinē: & robur cor poris: elegantem aſpectum: eloquentiam copioſam: & ſimilia ¶ Se cundomodo gratia dicitur quicqd ſupaddit̃ libero arbitrio: diſpo nens ad ſalutem ꝑpriam: vel alterius: ſicut timor ſeruilis: lumen ꝓ phetie: gratia predicandi: & reliqua: que ꝑtinent ad gratiam gra tis datam. De hac gratia dicit Alexander in. iii. ſumme ſue: Gratia gratis data eſt donum infuſum rationali nature: ſine meritis: q̃tuꝫ in ſe eſt: diſponens ad ſalutem ꝑpriam vel alterius. ¶ Tertiomodo dicitur gratia: quicqd ſupadditur libero arbitrio: ꝓfitiēs illud ī me rito. & hec eſt gratia gratum fatiens. Poſſum9 ergo dicere: ꝙ an geli a principio creationis habuerunt gratiam primo & ſecūdomō dictam. Sed Thomas arguit ſic cōtra iſta: ꝙ ex quo gratia erat an gelis neceſſaria: vt conuerterētur in deum: habuerunt gratiā gra tum fatientem: quia. ſicut nature corporali indite ſunt rationes ſe minales ad ſuos effectus: vt Ag9. dicit ſup geneſim. Ita nature an gelice ad ſuos. Sed talis ratio ſeminalis reſpectu diuini obiecti: eſt ipſa gratia: quia gratia gratum fatiens hoc modo cōpatur ad beati tudinem: ſicut ratio ſeminalis in natura ad effectum naturalē: Iſta tamen non admittuntur ab aliis doctoribus: quia ut dicit Landul fus: Conuerti ad deum ut ad obiectum beatificum eſt dupliciter: vel de congruo & ꝑ gratiam preuenientem gratis datam: quia de9 mouet liberum arbitrium: vt conuertatur in ipſum. vl̃ cōuerſio ad deum recipitur ꝑ modum meriti: & proficientis: quod fit cuꝫ gra tia gratum faciente: hec non fuit cum angelis in ſua creatione.

¶ Quod angeli non fuerunt in ſua creatione beati: neq; ante confirmationem & lapſum videre eſſentiam dei.

¶ Tertio demonſtratur demonum excellētia & ſublimis conditio: ex ꝑte glorie. quia ad gloriam & beatitudinē erāt habiles: & diſpo ſiti: verūtamen dubitari ſolet: vtrum demones ante lapſum fuerūt in beatitudine: & videtur quibuſdam ꝙ ſic: nam de Lucifero dicit̃ Ezechielis. xxviii. Tu ſignaculum ſimilitudinis: plenus ſapientia: ꝓfectus in decore: in deliciis paradiſi dei fuiſti. Sed eſſe in deliciis paradiſi: eſt eſſe in beatitudine. & iterum Ag9. li. de mirabilib9 ſa cre ſcripture: Diabolus in ſummo ſui ordinis honore cōſtitut9: eſt lapſus. & Ag9. li. de fide ad Petrum. Angelici ſpiritus ꝑ eo ꝙ ra tionales facti ſunt: eternitatis & beatitudinis donuꝫ in ipſa nature ſue ſpiritualis creatione diuinitus acceperunt. & Aug9. in libro de

UVA. BHSC. IyR_144

ecclesiasticis dogmatibus: Angeli qui in illa qua creati sunt beatitudine ꝑseuerant: non natura possident ut non mutentur. Contrariū est quod rei veritas confitetur. ꝙ. s. angeli ante confirmatione3 & lapsum non fuerunt beati. Nam beatitudo in visiōe diuine essentie consistit. Si igitur demones vidissent essentiā dei: nūq̄ lapsi essent. quia scdm Tho. i. ii. q. v. Inpossibile est ꝙ aliquis videns diuinam essentiam velit eam non videre: qm̄ omne bonum habitum: quo qs carere vult: aut est insuffitiens: & queritur aliquid suffitiens loco eius: aut habet aliquod icōmodum annexum: ꝓpter quod in fastidium venit. Visio autem diuine essentie: replet videntem omnib9 bonis. Similiter etiam non habet aliquod incōmodum adiunctum: ergo ꝓpria voluntate: beatus nō potest eam deserere. Similiter nō potest eam ꝑdere deo subtrahente: quia cum subtractio beatitudinis sit quedam pena: non potest talis pena a deo iusto iudice ꝓuenire: nisi ꝓ aliqua culpa: in quam cadere non potest: qui dei essentia3 videt: cū ad hanc visionē de necessitate sequatur rectitudo voluntatis: Idcirco dicendum: ad auctoritates allegatas. ꝙ beatitudo ꝑfm Bona. di. iiii. & potest dupliciter dici: vnomodo status ꝑfectus priuatione omnis mali: sed non plenitudine omnis boni: & sic fuerunt angeli in creatione beati. Aliomodo status ꝑfectus: tam priuatiōe omnis mali: q̄ plenitudine omnis boni & hoc ut dictum est in clara dei visione consistit: & sic angeli ut dictum est non fuerunt beati.

¶ Quod angeli dignitate nature excedunt omnes creaturas excepta Anima cristi.

¶ Quarta lucet demonum excellentia ante peccatum: ex ꝑte excedentie: ꝓducti equidem fuerunt angeli in tanta naturalium excedentia: ꝙ minimus diabolus qui cecidit: ꝑfm naturā: excedit decorē & ꝑfectionem quarumlibet creaturarum corporalium & spiritualium: non loquendo de anima cristi dei verbo vnita. vnde Ag9. xi. de ciuitate dei: inquit de angelica natura. Omnia cetera que deus condidit nature dignitate precellit. Sed contra hoc aliqui mouent & dicunt: ꝙ homo est nobilior & excellentior productus a deo: q̄ angelus: quia deus fecit hominem ad ymaginem & similitudinem suam: & non angelum. Dicit Ag9. in quodam sermone: Deus nulli alii creature dedit: ꝙ sit ad ymaginem eius: nisi homini. Sed Tho. prīa ꝑte. q. xciii. respondet: ꝙ Ag9 hoc dicit: respectu creaturarū inferioru3: intellectu carentiū: & nō respectu angelorū. Quiymo in ipsis angelis dignitas ymaginis reperitur. vnde Dio9. ait: Ange

UVA. BHSC. IyR_144

lus ē ymago dei: manifestatio occulti hominis. & Grego. xxxvii. moraliū exponens illud Ezechielis ¶ Tu signaculū similitudinis inquit: licet homo ad similitudinem dei creatus sit: angelo tñ quasi may9 attribuens: non eum ad similitudinem conditum: sed ipsum signaculum similitudinis dei dicit: vt quo subtilior est ī natura: eo in illo similitudo dei plenius credatur expressa. Notandum tamē ꝑm Richardum de media villa in. ii. di. xvi. & Tho. vbi sup̄: ꝙ de ymagine dei loqui dupliciter possumus: vnomodo q̄tū ad id in quo primo consideratur ratio ymaginis: quod est intellectualis natura & sic ymago dei magis est in angelis: q̄ sit in hominibus: quia intellectualis natura ꝑfectior est in eis. Secundo potest cōsiderari ymago dei: in homine q̄tum ad id ī quo secūdario consistit: ꝑut. s. ī hoīe īuenitur quedam dei imitatio: īq̄tum. s. homo est de homine: sicut deus de deo. & inq̄tum anima hominis est tota in toto corpore ei9 & iterum tota in qualibet ꝑte ipsius: sicut deus se habet ad mundu3 & scd̄m hec & similia magis inuenitur dei ymago in homine q̄ in angelo. Sed quia hec consideratio accidētalis est ymagini: ideo nō concludit simpliciter: sed ꝑm quid: quantū ad aliq̄ accidētalia. Ideo simpliciter angelus magis est ad ymaginem dei: q̄ homo. & sic concludimus: ꝙ deus glorioſus plus ceteris creaturis excellentes cōdidit angelos: Inter omnes aūt siue bonos siue malos: prestātior fuit Lucifer. de quo Grego. de pe. di. ii. ca. Principium ait: Hunc primum condidit: quem reliquis eminentiorem fecit. huius primat9 eminentiā conspicit ꝓpheta cum dicit: Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei: Abietes non adequauerunt summitatem eius. Platani non fuerunt equales frondibus illius: Omne lignum p̄tio/ sum paradisi dei non est assimilatum illi: & pulcritudini eius: quo/ niam spetiosum fecit eum in multis cōdensis frondibus. Quid nāq̄ accipi in cedris: abietibus: & platanis potest: nisi illa virtutum ce/ lestium procere celsitudinis agmina ī eterne letitie viriditate plā tata: que q̄uis excelsa sint condita: huic tamen nec prelata sunt nec equata. O q̄ta benignitate vsus est deus: tam precelsa munera largiens illis: quos p̄sciebat ingratos & malos futuros. discant illi: qui liberales volunt esse: atq̄ magnifici: non detineri quin b̄nfatiant illis: quos benefitiis iudicauerunt esse indignos: dūmodo b̄nficētia cedat ad gloriam benefactoris. Sit virtus seipsa contenta: Ecce pater summus tam ineffabilia dona contulit demonibus: qui tamē vt dicet̄ in sequēti misterio: totis viribus maiestati sue sese obiecerūt

UVA. BHSC. IyR_144

Neq; p ignorātiam peccauerunt. De quibus dicit magister i textu di. iii. li. ii. Quod tanta luce sapientie prediti fuerunt: q; erat in eis naturalis cognitio triplex qua sciebant: q; facti erant: & a quo facti erāt & cū quo. s. mūdo facti erāt: & habebāt aliquā boni & mali notitiā itelligentes quid appetendum vel respuendum illis foret

¶ Qualiter angeli mali voluntate propria auerterunt se a deo & facti sunt ei rebelles: Capitulum secundū.

CIrca offensionem ruentium angelorum: hoc secūdo loco erit īmorandum: quatenꝰ agnoscentes peccati eorum grauitatē: intelligamus deum iustum illos non inmerito sempiternis cruciatibus condemnasse. Nouit ipse totius conditor creature: ex quocūq; malo bonum eligere. vt Agꝰ. dicit ī libro de libero arbitrio. Ipseq; decorem in hoc pfecit vniuersi: q; bonis tribuit eternalia premia: malis vero nunq̄ finitura supplitia: vt p̄fatus Agꝰ. li. xi. de. ci. dei. expresse fatetur: Qualiter ergo demones voluntate sua in malitiā consenserunt: contendemꝰ hoc plene disserere. Circa quoruꝫ offensioēꝫ q̄tuor nobis occurrūt cōsideratioēs ¶ Prima dicit̄ possibilitatis ¶ Secūda numerositatis ¶ Tertia q̄litatis ¶ Quarta cōtrarietatis

¶ Quod angeli potuerunt peccare in puris naturalibus constituti propter libertatem arbitrii.

¶ In prima cōsideratione pscrutari debemus: vtrū angeli potuerūt peccare? Quibusdam videtur q; non: primo quia erant in celo empyreo loco sublimi & sancto: quibus respōdemus. q; locus non phibet quin homo in hoc seculo: & angelus ante cōfirmationem in celo potuerit peccare ¶ Ideo dicitur. di. xl. ca. Nos. ca. Non loca. ca. Multi. ca. Quelibet. Non locus hominem sanctificat: sed homo locum. & ca. Non est. Non sunt filii sanctorum qui tenent loca eorū: sed qui excercent opera eorum ¶ Secundo arguūt: q; angelus ī puris naturalibus constitutus: peccare non potuit: p locum a minori. quia si in corporibus celestibus non potest esse malum: vt dicūt philosophi: ergo neq; in angelis: cum ipsi sint digniores ¶ Ad hoc dicit Thomas. i. pte. q. lxiii. q; corpora celestia non habent operatioēꝫ nisi naturalem: & ideo sicut in natura eorum nō potest esse corruptionis materia: ita nec in actione naturali eorū potest esse malum ī ordinationis. Sed in angelis vltra actionem naturalē est actio voluntaria liberi arbitrii ꝑm quam contingit in eis esse malum. Vnde magister in textu. di. iii. li. ii. Poterant inquit p liberum arbitriū sine violentia & coactione ad vtrumlibet ꝓpria voluntate deflecti

UVA. BHSC. IyR_144

¶ Tertio arguūt: quia appetitus nō est nisi boni: vl' apparētis boni: Sed in angelis non potest esse apparens bonum: quod non sit verū bonū: quia in eis vl' omnino error esse nō potest vel saltē nō potest precedere culpam: ergo angeli nō possunt appetere nisi illud quod est vere bonum. Sed nullus appetendo illud quod est vere bonum peccat: ergo angeli non potuerunt peccare ¶ In contrarium est rey veritas: vnde Iob. iiii. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles: Et in angelis suis repperit prauitatem. &. ii. pe. Deus angelis peccantibus non pepcit. dicit ergo sanctus Tho. Quod peccatū mortale in actu liberi arbitrii: cōtīgit esse dupliciter: vnomodo ex hoc ꝙ aliquod malum eligitur: sicut homo peccat eligendo adulterium quod ꝑm se est malum: & tale peccatum semp ꝓcedit ex ignorantia vel errore: Alioquin id quod est malum non eligeretur ut bonum Errat quidem adulter ī ptīculari eligens hanc delectationem inordinati actus: quasi aliquod bonum ad nunc agendum: ꝓpter inclinationem passionis aut habitus: etiam si in vniuersali nō erret: sed veram de hoc sententiam teneat: hoc modo in angelis peccatum esse non potuit: quia in angelis non sunt passiones: quibus ratio aut intellectus liget: nec antę peccatū habitus precedere potuit: ad peccatum inclinans. Aliomodo contingit peccare ꝑ liberum arbitriuꝫ eligendo aliquid quod sc̄dm se est bonum. Sed non cum ordine debite mensure: aut regule. Ita ꝙ defectus inducens peccatum sit solum ex ꝑte electionis que non habet debitum ordinem: non ex ꝑte rei electe: sicut si aliquis eligeret orare non attendens ordinem ab ecclesia īstitutum & huiusmodi peccatum non ꝑexigit ignorātiaꝫ sed solum absentiam considerationis eorum: que considerari debēt Et hoc modo angeli peccauerunt: conuertendo se ꝑ liberum arbitrium: ad ꝓprium bonum absq; ordine ad regulā diuine voluntatis. Landulfus autem dicit in. ii. di. iiii. ꝙ absq; errore hominis: ꝑ angeli in intellectu potest esse malitia in volūtate. Ideo prima radix possibilitatis peccandi in angelis volūtas creati arbitrii qua potuit in oppositā ꝓ libito.

¶ De numero angelorum qui peccauerunt.

¶ Secunda consideratio circa offensionem angeloruꝫ dicitur numerositatis: vbi videre habebim9: vtrum plures angeli peccauerunt: q̄ adheserunt deo. Et ꝙ plures aliqui sic ostendūt: primo quia philosophus dicit: Malum est ut in pluribus: bonum ut in pautoribꝰ Item iustitia & peccatum eadē ratione inuenit̄ ī angelis: & hoībus

UVA. BHSC. IyR_144

Sed in hominibus plures inueniuntur mali q̃ boni. Scd̃m illud Ecclesiastes. 1. Stultorum infinitus est numerus. ergo in angelis plures defecere in malitia: q̃ steterunt in iustitia. Contra istos est glosa. iiii. Re. vi. ca. vbi dicitur: Plures nobiscum sunt q̃ cũ illis: quod de bonis angelis exponit: qui sunt nobis in auxilium: & de malis q̃ nobis aduersantur respondet Tho. q̃ plures angeli remanserunt: q̃ peccauerunt: & quod obicitur de malo & de hominibus: intelligitur de hominibus: non de angelis: quia in hominibus malum est ut in plurib9: ex eo q̃ sequũtur bona sensibilia: que sunt plurib9 nota: deserto bono rationis: quod est pautioribus notum. In angelis autem non ē nisi natura intellectiua: vnde non est similis ratio. Verum est q̃ nõnulli curiosius inuestigare conati sunt. quot homines erunt saluandi: & quidam dixerũt: tot quot angeli perierũt. quidã tot quot remanserunt. quidam vero q̃ oẽs simul: vt dicit Tho. 1. q̃te. q. xxiii. Sed melius est illud relinquere sapiẽtie dei: cui Ecclesia in quadam collecta dicit. Deus cui soli cognitus est numer9 electorum: in supna felicitate locandus. Quia vero de numero angelorum loquimur: notandum q̃ non est acceptanda sentẽtia philosophorum: humana sapientium: Plato enim posuit numerum substãtiarum separatarũ scd̃m numerum spetierum sensibiliũ. & Aristoteles. xii. metha. scd̃m numerũ orbium: aut motuũ. s. ad plus. bo. Immo firmiter tenẽdũ est: scd̃m Landulfum in. ii. di. iii. & Tho. 1. q̃te: q̃ plures numero sunt angeli: q̃ oĩa alia entia simul sumpta: & arene maris: & gutte aque: & stelle celi. quod q̃bat̃ p Dionisium xiiii. ca. celest. Ierarchie dicentez: Multi sunt exercitus supnarũ mansionum: infirmam & conscriptam nostrorum materialium numerorum cõmensurationem excedentes. De numero angelorum dicitur: Danielis. vii. Milia milium ministrabant ei: & decies centena milia assistebant ei. Ponitur hic numerus determinatus p̃ indeterminato. & Mathei. xxvi. ca. dixit Cristus: An putas quia nõ possum rogare patrem meum: & exibebit michi modo plus q̃ duodecim legiones angelorum. Quare autẽ tot sint angeli a deo q̃ducti. dicit Tho. 1. q̃te. q. l. Quia quãto aliqua sunt magis q̃fecta: tãto sunt in maiori excessu creata a deo. Sicut autem in corporib9 excessus attẽdit̃ scd̃m magnitudinẽ: Ita in rebus incorporeis excessus potest attẽdi scd̃m multitudinem. videmus autem q̃ corpora supe/riora: que sunt q̃fectiora excedunt quasi incõparabiliter corpa inferiora scd̃m magnitudinẽ: Nam tota spera actiuorum & passiuorũ

UVA. BHSC. IyR_144

est aliquid modicum respectu corporuz celestiuz: vnde rationabile est: ꝙ substantie inmateriales excedant scdm multitudinem substātias materiales quasi incomparabiliter.

¶ Quale fuit peccatum Luciferi: angelorūꝙ sibi adherētium.

¶ Tertia consideratio de angelis peccantibus dicit̄. Qualitatis: In qua sollerter attendendum est: vt sciamus quale fuit Luciferi & aliorum peccatuz. Et refert Bona. di. v. ii. ꝙ peccatum Luciferi in choatum est in p̄sumptione. Statim enim: ut suam pulcritudinem vidit presumpsit. Confirmatum in ambitione quia presumēs de se appetiit quod omnino supra se fuit: & ad quod ꝑuenire non potuit Consumatum est ī iuidie & odii auersione: quia ex quo obtinere nō potuit: quod appetiit: deo inuidere cepit. & affectu odii contraire Angeli vero minores adheserunt Lucifero querētes esse beati sine meritis. Et vt dicit Hugo de sancto victore: Oēs ī eādē malitiā cōsenserūt: & vnū ordinem ꝑuerse societatis fecerūt. Quare tā Lucifero: q̄ reliquis ꝓpria & voluntaria superbia fuit causa illorū ruine. Nichilominus in his dubitare contingit: Vtruz Lucifer appetiit esse sicut deus! & ꝙ sic patet per Apoca. xiiii. ca. dicit ibi in. d. ca. Dyabolus: Ascendam in celum & ero similis altissimo. & Agꝰ. in questionibus noui & veteris testamenti dicit: Elatione inflatus voluit dici deus. & in li. de virginitate subdit: Dyabolus in celo voluit esse sicut deus. Sed mirum videtur ymo impossibile q̄busdaz: ꝙ angelus tanta luce sapientie preditus: appetierit id: quod erat impossibile. cum vt inquit Aristo. iii. ethi. Electio nō sit impossibiliū ꝓpterea sciendum scdm Tho. Quod appetere esse vt deus: potest intelligi dupliciter: vnomodo ꝑ equipantiam seu equalitatem: Secundomodo ꝑ similitudinē. ¶ Primomodo nō potuit appetere esse vt deus: quia sciuit hoc esse inpossibile: naturali cognitione nec primū actum peccandi in ipso precessit: vel habitus: vel passio ligans ipsius cognoscitiuam virtutem. vt in ꝑticulari defitiens eligeret: ī possibile: sicut in nobis interdum accidit: Appetere autem esse vt deus. scdm similitudinem contingit dupliciter: vnomodo q̄tum ad id in quo aliquid natum est assimilari deo. & sic si aliquid q̄tum ad hoc appetat esse deo similis: non peccat. dūmodo similitudinē dei debito ordine appetat adipisci. vt. s. illam a deo habeat: peccarz nā si quis appeteret scdm iustitiam esse similis deo ꝓpriam virtutez & nō ex virtute dei. Aliomodo potest aliquis appetere esse similis deo: q̄tum ad id in quo est natus assimulari. Sicut si quis appeteret

UVA. BHSC. IyR_144

creare celum & terram: quod est ꝑprium dei. ī quo appetitu esset peccatum. hoc modo Lucifer appetiit esse vt deus: quia appetiit finalem beatitudinem ꝑ suam virtutem habere: quod ē ꝑpriū dei.

¶ De bello realiter gesto inter angelos bonos & malos.

¶ Quarta consideratio dicitur Cōtrarietatis: In qua de bello gesto in angelica natura tractandum est. de quo Apoca. xii. ca. scribitur sic. Factum est prelium magnum in celo: Michael & angeli eius ꝑ liabantur cum dracone: & draco pugnabat: & angeli eius: & nō valuerunt: neq; locus eorum amplius inuentus est in celo ¶ Queritur hic ¶ Vtrum illud fuit bellum reale? Et Francisc9 de marone in. ii. di. vi. dicit q; sic: licet non fuerit corporale. Nam preter ea que ꝑtinent ad potentiam executiuam expimur aliqua genera bellorum: ꝑtinentium ad operationes īmanentes ¶ Primum est inter appetitum sensitiuū & ītellectiuū. Appetitus enim isti inclinantur ad opposita ¶ Secundum bellum est inter intellectum & volūtatez: sicut quando ratio iudicat aliquid faciendum: & voluntas rēnuit ¶ Tertium bellū inter voluntatem: & voluntatē non vnius ad se: sed duorum hominū ¶ Quartum inter intellectum: & intellectum: ex cōtrariis opinionibus: ꝑ rationes oppositas. Bellum ergo angelorum bonorum & malorum: actum est iuxta tria: que in spirituali natura reperiuntur: que sunt. Ratio: Voluntas: & Facultas. Per rationem nempe electi & reprobi angeli: contraria sentiebant ¶ Per voluntatem ad contraria affitiebantur ¶ Per facultatem ad contraria nitebantur. Nam electi angeli sublimiter sentiebant de deo: & gratia eius: & ad gratiam & gloriam eius affitiebantur. & ꝑ facultate sibi data ꝑ illis nitebantur ¶ Angeli vero supbientes. contemnētes gratiam & gloriaz dei sublimiter sentiebāt de bonitate nature sue. & ꝑpter hoc ad ꝑpriā gloriam affitiebantur ¶ Et toto nisu in cōtrariū electis spiritibus ferebantur: magnis ergo affectionibus electi & reprobi angeli in contraria ferebantur: boni in creatorem: mali in naturam. boni in gratiam: mali contra illam. boni in diuinum amorem. mali in odium dei.

¶ Qualiter angeli mali puniti sunt: nec potuerunt resistere potentie dei: capitulum. iii.

EXperti sunt angeli mali q̄ robusta sit & valida manus dei excelsi. Nulla equidem sua virtute: nulla sapientia: nulla potentia: nullaq; concordi cōuentione ad malū potuerūt resistere ire dei ¶ Ipse deposuit eos de sede: & īimicos sibi factos puniuit grauissima

UVA. BHSC. IyR_144

pena ¶ Idcirco in hoc tertio misterio de illius pene grauitate eri/
mus verba facturi ¶ Quam quadrupliciter cōsiderabim9 : videlicꝫ
¶ Primo ratione impedimenti ¶ Secundo ratione loci ¶ Tertio ra
tione supplitii ¶ Quarto ratione termini

¶ Quod demones non possunt pro libito vti
donis nature: que adhuc manent in ipsis.

¶ Primo considerare debemus grauitatem pene malorum angelo/
rum: ratione Impedimenti: quia cum dona nature in ipsis maneāt
integra. vt dicit Dio9. li. de di. no ¶ Veruntamen impeditur actus
executio: & vsus illoruꝫ: ita ut nō possint facere ea que velint ¶ Sūt
autē īter cetera tria ī demoīb9: de qb9 ꝓ libito disponere nō possunt
¶ Priūꝫ ē naturalis existētia. Scdꝫ naturaꝶ sapiētia ¶ Tertiū natura/
lis potentia ¶ Primum quod est in demonibus est naturalis existē/
tia. Sunt demones natura pulcherrimi: neqꝫ quātū ad substantiam
sue nature sunt angelis bonis turpiores. & tamen hominibus in sui
substātia & decore apparere nō possunt: ymo apparent aut in cor/
poribus assumptis in aliqua visione: sicut deo placet. cum deformi
tate tali ac tanta ꝙ videntes illos in tali aspectu: maxime terrent̄
& contristantur ¶ Quo fit vt virgo gloriosa in suo felici transitu pe
tierit ab angelo: vt hanc pre ceteris filius eius Ihesus benedictus
gratiam dignaretur concedere. ne inmūdos demones horribilesqꝫ
videret. Sed fabule videntur ista quibusdam: qui multa scire se ar
bitrantur. Inquiūt enim demones non reꝑiri. Contra quos offerūt
se īuincibilia testimoīa omnis scripture ¶ Vnde leuitici. xvii. ca. ha
betur. Nequaq̄ vltra immolabūt hostias suas demoniis. & Thobie
vi. ca. Sarra tradita fuit septem viris: & demonium illos occidit. &
psal. xcv. Omnes dii gētiū demoīa. & psal. c. quīto ¶ Immolauerūt
filios suos: & filias suas demoniis. & Mathei. iiii. ca. Obtulerunt
Cristo eos qui demonia habebāt. & Mathei. vii. In nomine tuo de
monia eicimus. & Mathei. viii. Obtulerunt ei multos demonia ha
bentes. & Mathei. xii. Oblatus est ei demonium habēs. & Math.
xv. Filia mea male a demonio vexatnr. & Mathei. xvii. Exiit de
monium & curatus est puer. & Marci. i. demonia multa eiciebat.
& xvi. In nomine meo demonia eiciēt. & Luce. iiii. In Synagoga
erat homo demonium habens: & clamauit. & Luce. vii. Venit Io
hannes baptista: non manducans neqꝫ bibens: & dicunt demonium
habet. & Luce. viii. Occurrit ei vir qui habebat demonium iaꝫ tē
poribus multis. & Luce. xi. Erat Ihesus eiciens demonium. & Io

UVA. BHSC. IyR_144

hannis. viii. Ego demonium non habeo. & Ioh·x. Dicebant multi demonium habet: & insaniuit. & Apocalipsis. xviii. Cecidit Babilō illa magna: & facta est habitatio demoniorum. & Plato in thimeo Inuisibilium diuinarum potestatum: que demones nuncupantur: prestare rationem maius est opus q̄ ferre valeat hominis ingeniū & Apuleyus: de quo meminit Ag9. ponit demones esse. & Porfirius adhuc de illis loquitur: vt patuit supra. Lactantius li. ii. diuinarum institutionū. Poete & sciunt esse demones & loquūt̄. Thales milesius: mundum animatum esse dicit: ac demonibus plenum: Socrates esse circa se assiduū demoniū: & loquebat̄: vt dicit Lactātius. Idem testatur Apuleyus: qui super hoc librū edidit: quē vocauit de deo Socratis. & teste Xenofonte li. de morte Socratis in oratione quam ab Athenienſibus condemnandus fecit: sic inter cetera dicit: Enimuero iam bis michi defensionem panti demonium aduersatur. Arist. in ꝓlogo li. de somno & vigilia querit: An somnium ꝓcedat a causa aliqua naturali: vel eum aliquod demonium operetur? Hermes termegistus scd̄m augustinū de ci. dei li. x. cap. xxiiii. demones esse fatetur. Calcedius sup Thimeu3 Platonis de demonibus diffuse mensionem facit. Ptolomeus in quarta quadruptiti: malignos spiritus demones appellat. Sufficere ergo debent tantorum testimonia: ad fidem faciendam de demoīb9 reprobatis

¶ De cognitione & scientia demonum:

¶ Secundum quod est in demonibus est naturalis sapiētia. Isidorus in. viii. ethimologiaru3 ait: ꝙ angelus malus dicit̄ dyabolus ebraice. i. deorsum fluens. grece vero dyabolus. i. criminator. vocatur etiam Sathanas. i. aduersarius. & demon. i. peritus: ac rerum scius. Vellent ergo demones contra nos vti omni astutia sua: sed nō sinit illos deus: qui sua clementia ad euitandas fraudes & deceptiones eorum: respersit nos luce veritatis: misitq̄ filium suum vnigenitu3 in mundum: qui fuit lux & splendor omnis doctrine. Iohannis primo Erat lux vera: & Iohannis. vii. dicebat: Ego sum lux mundi. & Io·x. Ego su3 via veritas & vita. Hic tamē dubitari solet: Vtrū intellectus demonis post peccatum cognoscat aliquam veritatem? Et arguitur ꝙ non: Primo quia si aliqua3 veritatem cognoscerent: maxime cognoscerent seipsos: quod est cognoscere substantias separatas. hoc autem eorum miserie nō conuenit: cum ad magnā felicitatem ꝓtinere videatur: in tantū ꝙ quidam vltimam beatitudine3 posuerunt in cognitione substantiarum separatarū: ergo demones

UVA. BHSC. IyR_144

priuantur omni cognitione veritatis. inquit Lactantius: Null9 ē
suauior anime cibus q̄ cognitio veritatis. & Aristoteles. x. ethico.
dicit: Videtur philosophia admirabiles delectationes habere. dele
ctatio autem non conuenit demonibus: ergo nullam veritatem co
gnoscunt: & eorum intellectus est totaliter excecatus. Respondet
his Thomas. 1. pte. q. lxiiii. ꝙ duplex est cognitio veritatis. vna q̄
habetur p̄ gratiam. alia p̄ naturam. Prima cognitio duplex ē: vna
est speculatiua tantum: sicut cum alicui aliqua secreta diuina reue/
lantur. Alia vero que est affectiua: ꝓducens amorem dei: & hec ꝙ
prie ptinet ad donum sapientie. harum autem trium cognitionum
cognitio naturalis nec est ablata nec diminuta. Cōsequūt̄ enim ipsam
naturam angeli: qui scd̄m suam naturam est quidam intellect9 vel
mens. Cognitio autem que est p̄ gratiam in speculatiōe consistens
non est eis totaliter ablata: sed diminuta. quia de huiusmodi secre/
tis diuinis tantum eis reuelatur q̄tum oportet: vel mediātibus an/
gelis: vl' p̄ aliqua temporalia diuine virtutis effecta. vt Ag9. dicit
viiii. de ci. dei. vel. xiiii. non autem sicut ipsis sanctis angelis: quib9
plura & clarius reuelantur in ipso verbo. ¶ A cognitione autem effe/
ctiua totaliter priuati sunt. sicut & caritate. Ad argumētum vero
dicendum: ꝙ felicitas consistit in applicatione: ad id quod superius
est. Substantie autē sepate sunt ordine nature supra nos: vñ aliqua
ratio felicitatis esse potest homini: si cognoscat substantias separa/
tas. licet pfecta felicitas sit in cognoscendo substantiam primam. s.
deum. Sed substantie sepate cognoscere substantias sepatam est cō
naturale: sicut & nobis cognoscere naturas sensibiles. Vñ sicut nō ē
in hoc felicitas hominis: ꝙ cognoscat naturas sensibiles: ita non est
felicitas angeli in hoc: ꝙ cognoscat substantias sepatas. ¶ Ad aucto
ritates vero allegatas que videntur excludere cognitionem natu/
ralem a demonibus. dicit Richardus ī. iiii. di. 1. ꝙ q̄uis vsus sciētie
sit p̄ se delectabilis: tn̄ p̄ accidens potest esse tristabilis. Nā quippe
damnatorum tam angelorum q̄ hominum ita erit plene cōprebēsa
tristitia: vt omnino sint indispositi ad aliquam delectationē. quare
vsus scientie in eis nullam poterit generare delectationem: aut sua
uitatem. ¶ Tertium quod est in demonibus: est naturalis potentia
De qua Iob. xli. ca. dicitur: Non est potestas sup̄ terram que cōpa
retur eis. Possunt demones facere mira & si non miracula: & natu
ram adiuuando: ad stupēdos affect9 cōcurrere: vt patebit. possunt
sens9 deludere: possunt vexare corpora: pn̄t aquas maris sup̄ terrā

UVA. BHSC. IyR_144

ſpergere: & alia facere: que ipſi vellēt: que ſi ꝓmitteret deus: tota pene mundialis machina turbaretur: ſuffocarēt homines: ruerent domus: ſiccarentur herbe: arboreſq; & mutationes in dies viderēt in omnibus elementis. O pietas dei benedicti: que impetum iimi/corum extinguit. nec ſinit illos cōtra nos excercere. quod ſatis am/biunt. & ſi qñq; id fieri ꝓmittat: iuſta ſunt eius iudicia: & nobis in/ſcrutabilia. Ex dictis tamen oīb9 demones atrociter cruciantur.

¶ Quod demones uſq; ad diem iudicii ſunt in hoc aere caliginoſo: & poſt ad infernum deſcendent.

¶ Secūdo conſiderāda eſt pena demonū: ratione loci. ꝓiecti equidē fuerūt e celo empyreo in hunc aerem caliginoſuz. de quo ait Ag9. iii. ſup genē. ad litteram: Aer caliginoſus eſt quaſi carcer demoīb9 vſq; ad tempus iudicii. & Tho. 1. pte. q. lx. Locus iſte datur demo nibus: ratione excercitationis humane. naz ꝓcuratio ſalutis noſtre protenditur vſq; ad diem iudicii: & uſq; tunc durat miniſteriū an/gelorum: & exercitatio demonum. deſcendunt tamen aliqui ad in fernum: vt ibi damnatos vexent. Poſt diem vero iudicii: ſimul cuz damnatis hominibus ibi omnes recludētur. Sed hic ſpeculari libet qm̄ eſſe extra celum empyreum non debet demonibus in penā ce/dere: qm̄ ſpiritualis natura non afficit̃ loco: ergo nullus locus ē de/monibus penalis. Reſpondet Tho. 1. pte. q. lxiii. q̄ locus non ē pe/nalis angelo: aut anime: quaſi affitiens alterando naturam: ſed qua ſi affitiens voluntatem contriſtando. dū angelus vel anima appre/hendit ſe eſſe in loco non cōuenienti. Si vero obiceretur q̄ angel9 non ſit in loco: quia vt dicit Boetius: in libro de ebdomadibus: Cō/munis animi conceptio apud ſapientes eſt: incorporalia in loco nō eſſe. & Ariſt. iiii. phiſicorum: Non omne quod ē: eſt ī loco: ſed mo bile corpus: ergo angelus non eſt in loco. Reſpondet Tho. 1. ꝑ. q. liii. q̄ equiuoce dicitur eſſe angelus in loco: & corpus. corpus eniz eſt in loco ꝑ hoc: quia applicatur loco: ſcd̄m tactum dimenſiue q̃ti/tatis. que quidem in angelis non eſt. Sed eſt in eis q̃titas virtualis ꝑ applicationem: ergo virtutis angelice ad aliquē locum qualiter/cumq; dicitur angelus eſſe in loco corporeo. & ſcd̄m hoc patz: q̄ nō oportet dicere: q̄ angelus cōmenſuretur loco: vel q̄ habeat ſitum ī continuo: hec enim conueniunt corpori locato: ꝓut eſt quantū: q̃ti tate dimenſiua. Similiter etiam non oportet ꝓpter hoc q̄ continea tur a loco. Nam ſubſtantia incorporea ſua virtute contingens: rez incorpoream continet ipſam: & non cōtinetur ab ea. Anima enim

UVA. BHSC. IyR_144

est in corpore vt continens: non ut contenta. Sic angelus dicit esse in loco corporeo: non vt contentum: sed vt continens aliquomodo.

¶ Addit Thomas q diuersimode esse in loco conuenit corpori: angelo: & deo. Nam corpus dicitur esse in loco circumscriptiue: quia conmensuratur loco. Angelus non circumscriptiue: cum non mensuretur loco: sed diffinitiue: quia ita est in vno loco: q non in alio.

¶ Deus autem neq circumscriptiue: neq diffinitiue: quia est vbiq. quomodo autē hoc sit nō potest itelligi ab hūano sensu: vt dicit magister i. 1. di. xxxvii. vbi īducit Crisostomū sup epistolā ad hebreos dicentem. Sicut multa de deo intelligimus: que loqui penitus non valemus: ita multa loquimur que intelligere nō sum9 ydonei. verbigratia. q vbicumq deus est scimus: & dicimus: quomodo autem vbiq sit intellectu non capimus. Item q est incorporea queda3 virtus: que omnium est causa bonorum scimus: que autē ipsa sit: peit9 ignoramus. ¶ Vt autem redeamus ad angelos: nota scdm Landulfum. di. viii. ii. q opinio est modernorum: q angelus non ē in loco: p applicationem virtutis: sed per suam substantiam diffinitiue: seu presentialiter: non cōmensuratiue. nam in angelo est potētia passiua ad plura: vbi nec est determinatus respectus alicui9. ergo in eo est potentia passiua: ad essendum in omnibus illis. q autem angel9 habeat potentiam passiuam ad vbi: pat3. quia articulus est excōmunicatus dicere: q substantie separate nusq̄ sunt: Similiter error est dicere: q angelus est vbiq. ergo oportet dicere: q angelus possit recipere aliqua vbi.

¶ Quod demones punientur pena ignis.

¶ Tertio consideranda est pena demonū ratione supplicii: quia punientur in igne: ꝓbatur Mathei. xxv. Ite maledicti in ignem eternum: qui paratus est dyabolo: & angelis eius. & Apoca. xx. Dyabolus qui seducebat eos: missus ē in stagnū ignis: vbi bestia: & pseudoꝓphete cruciabuntur: die ac nocte in secula seculorū. Et de hoc inquit Ag9. in li. de fide ad Petrum. Firmissime tene: & nullatenus dubites: dyabolum & angelos eius: in ignem eternu3 a Cristo esse mittendos. vbi nūq̄ carebunt pena. quam eis prepauit diuina iustitia. qualiter vero spiritus separati patiuntur ab igne: dictum est habunde in quadragesimali de penitentia.

¶ Quod pena demonum nunq̄ terminabitur.

¶ Quarto consideranda est pena demonum: ratione termini: quia nūq̄ finietur. & quid sup hoc dixit Origenes ad hec ī q̄dragesimali

UVA. BHSC. IyR_144

diffusius est ptractatum. quare ex dictis constat: q̃ district9 iudex est deus: qui ꝑpter vnum peccatum: angelis nũq̃ pepcit. & ut dicit Tho. 1. pte. q. lxiiii. Tenendum est firmiter: ꝙ voluntas bonorũ angelorum confirmata est in bono: & voluntas demonum obstinata est in malo. Causam autem hui9 obstinationis non oportet accipere ex grauitate culpe: sed ex conditione nature seu stat9. quia ut dicit Ag9. li. de fi. ad Pe. Sic deus creauit angelos: vt qui vellent ꝑpetuo boni essent: qui autem nollent: nũq̃ eos diuino munere repararet. Sicꝙ ineternum demones obstinati luent penas nequicie sue. a quibus nos liberet Cristus redemptor benignus Amen.

¶ Sermo quartus de bello quod continue geritur: inter demones & homines.

SVmus in cotidiana frequentiꝙ pugna cum angelis malis: qui nos temptare non desinunt: vt peccantes eorum tandem iũgamur societati. Ex hoc Petri. 1. epist. ca. ii. dicebat: Sobrii estote: & vigilate: quia aduersarius vester dyabolus: tanq̃ leo rugiens circuit: querens quem deuoret. cui resistite fortes in fide. & Ecclesia sancta in offitio apostoloruꝫ nos ãmonet sic: Estote fortes in bello: & pugnate cum antiquo serpẽte & accipietis regnũ eternum. quia tñ pleriꝙ qñꝙ diffidunt: nec arbitrantur se posse demonum effugere mille nocendi modos: sicꝙ i pessima peccata labuntur. Idcirco in hoc sermone aliqua de ipsis demonibus aperiemus. ꝙbus intellectus poterit quilibet animi vires assumere: ad pugnandum strẽnue cum illis: qui nostram ꝑditionẽ ꝑcurant. de quibus tria misteria erunt declaranda ¶ Primum dicitur presidentie ¶ Secundum potentie ¶ Tertium resistentie.

¶ De presidentia demonum: & qualiter omnia dispo nunt ad interitum hominum: Capitulum primum.

HAbent demones inter se deputata maledictioĩs offitia: & cuncta que possunt ordinant ad trahendum homines: vt dei precepta transgrediantur. Imperãt superiores: & inferiores obediũt. Sed ꝑ huius ptis clariore noticia: de presidentia demonum loquuturi: consideremus illam: scd̃m triplicem respectum. Primo respectu angelorum malorum ¶ Secũdo respectu angelorum bonorum ¶ Tertio respectu corporum superiorum.

¶ Qualiter demones presunt demonibus.

UVA. BHSC. IyR_144

¶ Primo consideremus presidētiam demonum respectu ipsorum angelorum malorum: vtrum. s. inter eos sit prelatio? & arguūt quidā ꝙ non: primo: quia omnis prelatio est scdm aliquem ordinem iustitie. Sed demones totaliter a iustitia ceciderunt: ergo in eis non est prelatio ¶ Secundo vbi non est obedientia & subiectio: non est prelatio. hec autem sine concordia esse non possunt: que in demonibus nulla est. scdm illud ꝑuerb. xiii. Inter supbos semp sunt iurgia. ergo in demonibus non est prelatio ¶ Tertio si in demonibus esset aliqua prelatio: aut hoc ptineret ad eorum naturam: aut ad eorum culpam: vel penam. Sed non ad eorum naturam: quia subiectio & seruitus non est ex natura: sed ex peccato subsequuta. nec ptinet ad culpam vl' penam: quia sic superiores demones qui magis peccauerunt inferioribus subderentur. non ergo est prelatio in demoīb9.

¶ In contrarium est ipsa veritas. Naz glo. 1. ad Corin. xv. dicit Quādiu mundus durat: angeli angelis: homines hominib9: & demones demonibus presunt. Ratio quare inter demones est prelatio: scdz Tho. q. cx. quia actio sequitur naturam rei. quorūcūqꝫ nature sūt ordinate: oportet ꝙ etiam actiones subinuicem ordinētur. sicut pz in rebus corporalibus. quia enim inferiora corpora naturali ordine: sunt infra corpora celestia. actiones & motus eorum: subdūtur actionibus & motibus celestium corporum. manifestum est autē: ꝙ demonuz quidam naturali ordine sub aliis constituūtur. vnde & actiones eorum sunt sub actionibus superioruz. & hoc est quod rationem prelationis facit: vt. s. actio subditi subdat̃ actioni prelati. Sic igitur ipsa naturalis demonum dispositio requirit: ꝙ in eis sit ꝑlatio. Conuenit etiam hoc diuine sapientie: que nichil in vniuerso īordinatum relinquit: que attingit a fine vsqꝫ ad finem fortiter: & disponit omnia suauiter: vt dicitur sapientie. viii. ca ¶ Ad primuz ergo dicendum: ꝙ prelatio demonuz non fundat̃ sup eorū iustitia: sed super iustitia dei: cuncta ordinantis. ¶ Ad secundū dicendum: ꝙ concordia demonum: qua quidam aliis obediūt: non est ex amicitia quā inter se habeant: sed ex cōmuni nequitia: qua homines odiunt: & dei iustitie repugnant. est eniz ꝓprium hominum impiorū: vt eis se adiungant: & subiciant ad ꝓpriam nequitiam exequendā: quos potiores viribus vident ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ demoēs non sunt equales scdm naturam: vnde in eis est naturalis prelatio. quod in hominibus non contingit: qui natura sunt pares. ꝙ autem superioribus inferiores subdantur non est ad bonum superiorum:

UVA. BHSC. IyR_144

ſed magis ad malum eorum: quia cum mala facere maxime ad miſeriam ptineat: preeſſe in malis eſt eſſe magis miſerum.

¶ Qualiter angeli boni habent prelationem ſup demones

¶ Secundo conſideremus preſidentiam demonum reſpectu angelorum bonorum. Vbi videndum erit: an boni angeli habeant plationem ſup malos: & poſſet argui q̄ non. primo quia prelatio angelorum precipue attenditur ſcd̄m illuminationes: ſed mali angeli cuz ſint tenebre: nō illuminātur a bonis. ergo boni angeli non habent prelationem ſup malos ¶ Secūdo ad neglientiam preſidentis pertinere videntur ea que p ſubditos male fiunt. Sicut patet. lxxxiii. di. ca. Error. ca. Conſentire. ca. Quid enim q̄deſt. lxxxiiii. di. ca. Peruenit. lxxxvi. di. ca. Faciētis. ii. q. vii. ca. Negligere. xvii. q. ii. ca. Si quis. xxiii. q. iii. cap. Qui poteſt. Extra de homicidio. ca. Sicut dignum. Sed demones multa mala faciūt. ſi ergo ſubſunt prelatiōi bonorum angelorū: videt̄ ī angelis boīs eſſe aliqua negligētia: quod eſt inconueniens ¶ Tertio prelatio angeloruz ſequitur nature ordinem: ſed ſi demones de ſingulis ordinibus ceciderūt: vt cōmuniter dicit̄: quia ipſi & ſi non fuerunt in ordinibus ſimpliciter: fuere ſcd̄z quid: in q̄tum erant aliqui diſpoſiti ſi ſtetiſſent eſſe de vno ordine: alii de alio: ſcd̄m variam diſpoſitionem ſuorum naturaliuz. Sic multi demones multis bonis angelis ſunt ſuperiores ordine nature. nō ergo boni angeli prelationē habent ſup omnes malos. Contra iſtos eſt auctoritas Auguſt: qui tertio de trinitate ait. Spiritus vite deſertor atq̄ peccator: regitur p ſpiritum vite rationalem piuz & iuſtum. & Gregorius dicit: q̄ poteſtates dicuntur angeli: quoruz dictioni virtutes aduerſe ſubiecte ſunt. Reſpōdet Tho. vbi ſupra: q̄ totus ordo prelationis primo & originaliter eſt in deo: & participatur a creaturis: ſcd̄m q̄ deo magis appropīquat. Ille enim creature ſuper alias influentiaz habent: que ſunt perfectiores: & deo q̄piquiores. Maxima autem perfectio: & p quam maxime deo appropinquatur: eſt creaturarum fruentium deo. ſicut ſunt ſancti angeli. qua pfectione demones priuātur. & ideo boni angeli ſup malos prelationem habent: & per eos reguntur ¶ Ad primum ergo dicēdum: q̄ p ſanctos angelos multa de diuinis miſteriis demonibus reuelantur: cum diuina iuſtitia exigit: vt p demones aliqua fiant. uł ad punitionem malorum: vel ad exercitationem bonorum. Sicut ī rebus humanis aſſeſſores iudicis: reuelant tortoribus eius ſententiam. Huiuſmodi autē reuelationes: ſi ad angelos reuelātes cōpent̄

UVA. BHSC. IyR_144

illuminationes sunt qui ordinant eas ad deum. ex pte vero demonū non sunt illuminationes: quia eas in deum non ordinant. Sed ad exactionem ꝓprie iniquitatis. ¶ Ad secundum dicendum: ꝙ sancti angeli sunt ministri diuine sapientie. vnde sicut diuina sapiētia ꝑmittit aliqua mala fieri: ꝑ malos angelos: vel homines ꝓpter bona que ex eis elicit. ita & boni angeli nō totaliter adhibēt malos a nocēdo. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ angelus qui est inferior ordine nature preest demonibus: q̄uis superioribus ordine nature. quia virtꝰ diuine iustitie cui inherent boni angeli: potior est q̄ virtus naturalis angelorū: vñ & apud hoīes: spūalis īdicat oīa: vt dicit̄. 1. ad corin. ii.

¶ Quod demones nō subdunt̄ actionibꝰ corporum celestium.

¶ Tertio consideremus presidentiam demonum: respectu corporū superiorum: vbi disputandum est: vtrum demones subdant̄ actionibus corporum celestium? Et quidam contendunt ꝓbare ꝙ sic. Primo quia demoēs scd̄m certa augmēta lune aliquos homines vexāt: qui ꝓpter hoc lunatici vocant̄. vt patet Marci. iiii. & xvii. Sed hoc non esset nisi corporibus celestibus subiacerēt. ergo subiacēt actionibus celestium corporum. Secundo nigromantici obseruant certas constellationes ad inuocandos demones: quod non facerēt si demones corporibus celestibus non subderent̄ ¶ Tertio: celestia corpora virtuosiora sunt q̄ īferiora. sed ꝙbusdā inferioribꝰ corpibꝰ demones arcēt̄. s. herbis: lapidibꝰ: & sonis quibusdam: ac vocibus: vt a Porphirio dictum: Agꝰ. introducit. x. de ci. dei. ergo multomagis demones subduntur actioni celestium corporum ¶ Contra ista omnia est ipsa ratio. Nam demones sunt superiores ordine nature q̄ corpora celestia. Agens autem est superius patiente. vt Agꝰ. dicit. xii. sup genesim: ad lit. Cum ergo demones sint substātie intellectuales corporibus non vnite: patet ꝙ non subdūtur actioni corporum celestiū: nec ꝑ se: nec ꝑ accidens: nec directe: nec īdirecte. ¶ Ad primum respōdet Tho. q. cxv. 1. ptis. ꝙ: demones scd̄m certa augmenta lune contingit vexare ꝓpter duo: Primo quidem ad hoc ꝙ infament creaturam dei. s. lunam: vt Crisostimꝰ & Hieroꝰ. dicunt. Secundo: qui cum non possint operari: nisi mediantibus naturalibus virtutibus: vt dicetur in suis operibus: considerant corporum aptitudines: ad effectos intentos. manifestum est: ꝙ cerebrum est humidissimum omnium ptium corporis. vt Arist. dicit. & ideo maxime subicitur operationi lune· que ex sua ꝓprietate habet mouere humorem. In cerebro autem ꝑficiunt̄ vires animales

UVA. BHSC. IyR_144

& ideo demones scdm certa augmenta lune pturbant hominis fantasiam quando considerant cerebrum esse ad hoc dispositum ¶ Ad secūdum dicit Tho. q demones aduocati in certis constellationib9 veniunt ppter duo: Primo ut homines in hunc errorem inducant: q credant aliquod numen esse in stellis. Secundo quia considerant scdm aliquas certas constellationes materiam corporalem esse magis dispositam ad effectus: pro quibus aduocantur. Ad tertium vero dicit Ag9. x. vł. xi. de ci. dei. q demones allicīūtur p varia genera lapidum: herbarum: lignorum: animalium: carminum: rituū non vt animalia cibis: sed vt spīritus signis: inq̄tum hec eis exibēt ī signum honoris diuini: cuius ipsi sunt cupidi. nam ut dicit. xxvi. q. v. ca. Nec mirū. Ad hoc innititur diabolus: ut adoret quasi deus.

¶ De potentia demonum que superat scdm naturam omnem potentiam hominum. Capitulum secundū.

ID potentiam demonum iam sermo noster vertendus est. Equidē vix possunt credere multi: que de illa veracissime sunt cōscripta: verūtn preterea que sancti doctores dicūt: adsunt cotidiana exempla eorum: qui magicis artibus inuoluti: stupenda & ineffabilia quodāmodo operari vidētur. Has artes vt Isidorus inquit. viii. li. ethimo. prim9 inuenit Zoroastes rex Bactrianorum: quem Ninus rex Assiriorū interfecit. De quo etiā Ag9. li. xxi. de ci. dei. ca. xiiii. asserit: q qn natus est primo: risit. Immiscent se huiusmodi artibus demones: & pmittēte deo fiunt: que homines facere nullo pacto possent. vt tamen ista magis nobis innotescant: considerāda nobis occurrit potētia demonū: scdz triplicē respectū ¶ Primo respectu miraculorum ¶ Secundo respectu deluſionum ¶ Tertio respectu uexationum.

¶ Quod demones q̄uis non possunt facere miracula: possunt tamen facere vera opera scdm facultatem hominum.

¶ Primo considerāda est demonum potentia respectu miraculorū: vbi a doctoribus disputatur: vtrum demones possunt miracula facere. ſ E respondet Alexander in. ii. volumine summe. & Tho. i. p. q. cxiiii. q si miraculum ppie accipitur: demones miracula facere non possunt. nec aliqua creatura: sed solus deus. quia miraculuz ppie dicitur: quod fit preter ordinez totius nature create. sub quo ordine omnis virtus creature continetur ¶ Dicitur tamen quādoq; miraculum large: quod excedit humanam facultatem: & considerationem. & sic demones possunt facere miracula: que. ſ. homines

UVA. BHSC. IyR_144

mirantur: inq̃tum eorum facultatez & cognitionem excedũt. Naz vnus homo inq̃tum facit aliquid: quod est supra facultatẽ & cognitionem alterius. ducit alium in admirationem sui operis: vt quodã modo videatur miraculum operari. Sciendum tamẽ ꝙ q̃uis huiusmodi opera demonum que mirabilia videntur: ad veram rationez miraculi nõ ptingãt: sunt tamẽ quãdoq; vere res. Sicut magi Pharaonis: p virtutem demonum veros serpentes & ranas fecerũt. & sicut quando ignis de celo cecidit: & familiam Iob cum gregib9 pecorum vno impetu absumpsit: & turbo domum deiciens: filios eiꝰ occidit. Sic etiam demonibus operantibus factum est: ut terre Athenienſium vastarentur aquis. Refert Ag9. xviii. li de ci. dei. ca. viiii. ꝙ postq̃ cõdite fuerũt Athene: ut Athene vocarẽt: quod certe nomen a Minerua est: que grece Athena dicitur. hanc causam Varro indicat. Cum appuisset illic repente Oliue arbor: & alio loco aqua erupisset: Regem ꝑdigia ista mouere: & misit ad Apollinẽ delficum sciscitandum: quid intelligendum esset: quid ue faciẽdũ: Ille respondit: ꝙ olea Mineruam significaret: vnda Neptũnũ: eo ꝙ esset in ciuium potestate: ex cuius potius nomine duoruz deorũ (quorũ illa signa essent) Ciuitas vocarẽt. Isto Cicrops oraculo accepto: ciues omnes vtriusq; sexus (Mos enĩ tunc in eisdẽ locis erat ut etiam femine publicis cõsultationibus interessent) ad ferendum suffragium conuocauit. Consulta igit̃ multitudine: mares ꝑ Neptũno: femine ꝑ Minerua tulere sententias. & quia plus vna inuenta ẽ feminarũ Minerua vicit. Tunc Neptũnus iratus: marinis fluctibus estuãtibus: terras Athenienſium populatus est. quoniam ſpgere latius quaſlibet aquas difficile demonibus non est. hec Ag9. sequitur Tho. vbi sup̃: ꝙ q̃uis materia corporalis non obediat angelis bonis seu malis ad nutum: nec demones sua virtute possint trãsmutare materias de forma in formã: possunt tamẽ adhibere q̃dam semina: que in climatibus mundi inueniuntur: ad aliquos effect9 cõplendos: vt dicit Ag9. in. iii. de trinitate dei. Ideo omnes transmutationes corporalium rerũ que possunt fieri ꝑ aliquas virtutes naturales: ad quas ptinent predicta semina: possunt fieri ꝑ opationez demonum: huius seminibus adhibitis. Sicut cũ alique res transmutantur in serpentes: vel ranas: que ꝑ putrefactionez generari pñt. Ille vero transmutationes corporalium rerũ: que nõ possunt fieri virtute nature: nulla operatiõe demonis ꝑfici pñt scdz rei veritatẽ Sicut quando corpus humanum mutetur in corpus bestiale: aut ꝙ

UVA. BHSC. IyR_144

corpus hominis mortuum reuiuiſcat. Dicta ſunt omnia iſta: ad cō/firmationem precedentium: nam niſi pietas dei nobis ſubueniret: a poteſtate demonum nunq̃ effugeremus.

¶ Qualiter demones pñt multiplici ter deludere ſēſ9 hūanos.

¶ Secundo conſideranda eſt demonum potētia reſpectu deluſionuz vt enim dicit Bonauentura in. ii. di. viii. poſſunt demones delude/re ſenſus humanos & hoc triplici ter ¶ Primo oñdēdo pñs eſſe: quod non eſt ¶ Secundo oſtendendo rem aliter q̃ eſt ¶ Tertio abſcondēdo quod preſens eſt ¶ Primum quidem facit ſpecies offerendo. Secūdū quidem facit ſenſum vł obiectum variādo ¶ Tertium vero impedi mentum preſtando ¶ Primum intelligi poteſt ſic: quando fantaſma ta exiſtentia interius offeruntur forti oblatione ipſi virtute inte/riori: vł virtus interior fortiter illis intendit: ſimilitudo rei videt̃ eſſe veritas. hoc manifeſtum eſt p naturam: nam frenetico ꝓpter aſcenſum fumoſitatum ad cerebrum: ex modica occaſione exterio/ri videtur: q̃ videat vł audiat multa: que nō ſunt ſibi preſentia. Si/militer p fortem conuerſionem intentionis: fantaſma videtur ve/ritas. Sicut Ag9 exēplificat: q̃ quidā tāta conuerſione recogitabat cuiuſdam mulieris ymaginem: q̃ ei carnaliter commiſceri videbat̃ etiam vigilando: p hunc modum poteſt demon diuerſa homini fa/cere apparere. Eſt de hoc exemplum in. ii. dyalogorū. li. vbi nar/rat Gregorius: qualiter dum conſtrueretur monaſteriuz quoddā: in quo aderat ſanctus Benedictus: inuentum eſt ſub terra ydolum quoddam eneum: quod cum fratres portaſſent in coquinam: viſuz eſt eis q̃ exiliſſet inde flamma ignis: que totam coquinam potuiſſz incendere. quod cum p ſpiritum cognouiſſet beatus Benedict9: cu currit ad eos. & oratione facta: fantaſticum illud euanuit ¶ Secun do poteſt diabolus deludere ſenſus oſtendendo rem aliter q̃ eſt: nā naturaliter poteſt contingere hoc: ꝓpter variationem aliquam ex pte organi. Sicut quādo humor ſanguineus: vel vapor igneus: de/ſcendit ad oculos: videtur homini q̃ ea que exteri9 ſunt: ſint rubea vł ꝓpter variationem aliquam ex pte obiecti. ſicut contingit aliq̃ q̃ expoſitione candele: vł diſpoſitione palearum vident̃ palee eſſe ſerpētes ¶ Tertio poſſunt diaboli deludere ſenſ9: abſcōdēdo quod preſens eſt. Nam res que preſens eſt: dupliciter poteſt latere ſen ſum noſtrum. Aut quia impeditur virtus ſenſus: ne pueniat ad ſen ſibile. Aut quia impeditur ſpecies ſenſibilis: ne pueniat ad ſenſum. & vtroq̃ modo fieri poteſt virtute demonis. De hac deluſiōe diffu

UVA. BHSC. IyR_144

ſe loquitur Ag9. xviii. li. de ci. dei. ca. xvii. xviii. &. xix. vbi indu/
cit: ꝙ tradunt gentiles de ſociis Dyomedis cōuerſis in volucres. di
cuntq; templum Dyomedis eſſe in inſula Dyomedia: non longe a
monte gargano: qui eſt in Apulea & hoc tēplū circūuolare: atq; in
colere aues illas: taꝫ mirabili obſequio: vt aquaꝫ impleant: & aſper
gant. & eas ſi greci venerint: vel grecorum ſtirpe ꝓgeniti: non ſo
lum quietas eſſe: verum etiam inſuper adulari. Si autem alienige/
nas viderit: ſubuolare ad capita: tanq̄ grauibus ictibus vulnerare
vt etiam perimantur. Nam duris & grandibus roſtris: ſatis ad hec
prelia phibētur armate. hec Varro ut aſtruat cōmemorat: alia non
minus incredibilia de illa magna & famoſiſſima Circe: que ſocios
quoq; Vlixis conuertit in beſtias. & de Archadibus: qui ſorte du/
cti tranſnatabant quoddam ſtagnum: atq; ibi conuertebantur in lu
pos. & cū ſimilibus feris ꝓ illius regionis deſerta viuebant. Si autē
carne non veſcerentur humana: rurſus poſt nouem annos eodē re
natato ſtagno: reformabantur in homines. Si enim dixerimus hec
non eſſe credenda: non deſunt qui dicant talia fuiſſe exptos. Nam
& nos inquit Ag9: cum eſſemus in Italia: audiebamus talia de qua
dam regione illarum ptium: vbi ſtabularias mulieres in caſeo dare
ſolere dicebant ibutas his malis artib9: quib9 vellēt ſeu poſſent via
toribus: vnde in iumenta illico verterentē: & neceſſaria queq; por
tarent. Poſtq; ꝓfuncta opera: iterum ad ſe redirent: nec tamen fie
ri in eis mentem beſtialem: ſed rationalem humanamq; ſeruari. Si
cut Apuleyus in libris quos aſini aurei titulo inſcripſit. ſibi ipſi acci
diſſe vt accepto veneno: humano animo ꝓmanēte: aſin9 fieret. aut
indicauit: aut finxit: hec vł falſa ſunt: vł tam iuſitata: vt merito nō
credantur. Firmiſſime tamen credendum eſt: non ſolū animū: ſed
nec corpus quidem vlla ratione: arte: vel poteſtate demonū: ī mē/
bra & liniamenta beſtialia poſſe conuerti. Sed poteſt eſſe: vt corpo
ra ipſa hominum alicubi iaceant viuentia quidem: ſed multo grau
ius: atq; vehemētius q̄ ſomno: ſuis ſenſibus obſeratis. taliſq; etiaꝫ ſibi
ipſe homo videatur: ſic ut talis videri ſibi poſſit in ſomnis: & porta
re onera: que onera ſi vera ſunt: corpora portantur a demonibus:
vt illudatur hominibus. nam quidā nomine Preſtantius: patri ſuo
contigiſſe indicabat. vt venenum illud ꝓ caſeum in domo ſua ſume
ret: & iaceret ī lecto ſuo: quaſi dormiens: qui tamen nullomodo po
terat excitari. poſt autem aliquot dies: cum velut euigilaſſet: dice
bat: & quaſi ſomnia narraſſe: que paſſus eſt. Caballum ſe. ſ. factum

UVA. BHSC. IyR_144

annonam inter alia iumenta militis baiulasse. quod ita ut narrauit factum fuisse coptuz est. que tamen ei sua somnia videbāt. Indica/uit & alius se domui sue p noctem: anteq̄ requiesceret: vidisse ve/nientem ad se philosophum quēdam sibi notissimū: sibiq; exposuisse nōnulla Platonica: que antea rogatus exponere noluisset. & cū ab eodem philosopho quesitum fuisset: cur in domo eius fecerat: quod in domo sua petenti negauerat? Non feci inquit: sed me fecisse somniaui. Ac p hoc alteri p ymaginem fantasticam exhibituz est: vigilanti: quod alter vidit in somniis: hec ad nos eis referentib9 puenerunt. quos nō estimamus fuisse mentitos. hec Augustinus.

¶ Qualiter demones possunt vexare corpora.

¶ Tertio consideranda est demonuz potentia: respectu vexationū: pnt vexare hūana corpa: vt inquit Ag9. li. de natura demonū: naz propter subtilitatem nature possunt penetrare quecumq; corpora sine obstaculo: insuper possunt illa corpora pturbare & molestare vt clare patet in euangeliis: de his quos Cristus liberauit. ¶ Dieb9 etiam meis aliquas mulieres demoniacas vidi: & audiui illas loquētes talia: que non nisi demones dicere potuerunt. & virtute Ihesu cristi liberate fuerunt. Inter ceteras tamē vna fuit Neapolis: Anno domini. M. cccc. lxx. de qua exptus sum que referam. Predicāte me ibi tempore qnadragesimali: sonabat vndiq; rumor: q; anime quorūdam defunctorum intrauerant corpus eius: loquebatur illorum ydiomata: cōmemorabat gesta: & que nūq̄ ipsa dixerat dicerat enarrabat. Accessit ad eam cum suis. Illustrissimus Calabrie dux: Regius primogenitus: duxit eum in admirationez nō paruaz: dum secretissima illorum defunctorum aperiebat. Quadam vero die ego ipse ad eam videndam accessi: & q̄ primum intraui cameram. ī qua multi aderant: Ipsa vero iuuencula iacebat in lecto: cepit furere: oculos torquere: vultumq; minacem & tristem exhibere: Tandem clamans aiebat. ¶ Tu venisti huc: tu ad quid: ad quid? Ego respondi vt tecū prelier in nomine Ihesu glorioši: at illa: quid uis? volo dixi scire quis nam es? illa respondit Ego sum Stephanus siculus: quōdā armiger & stipēdiarius. Ego subdidi mentiris o fallax & ī munde spiritus: Adiuro te p Ihesum: in cuius nomine omne genu flectit: celestium: terrestriū: & infernoruz: vt veritatē patefatias? Tunc cum grandi molestia illius corporis: arroganter respōdit. Ego suz diabolus: At ego: quare dicebas q; eras anima Stephani siculi? & illa: vt decipiam: Ad hoc enī itendimus: vt decipiam9: quia vellem9

UVA. BHSC. IyR_144

omnes homines fore damnatos ſicut & nos ſumus. Iterum ego in/
terrogaui eam: & quare me nō decepiſti: ſed mihi verum cōfeſſus
es? ille addidit: ꝓpter officium tuum: quia tu predicas euāgelicam
veritatem: & es inimiciſſimus noſter ¶ Ego replicaui: quare? quia
inquit nos ſollicitam9 homines vt pdāt̃: tu vero trahis illos: vt con
uertantur. dixi ad hec ego: quis ego ſu3? reſpōdit: tu es frater Ro/
bertus. qui ꝓ omnem Italiam pluribus annis fuiſti contrarius ope
ribus noſtris: & nouiterr veniſti Neapolim. & prima die quadra/
geſime predicaſti in caſtro: coram Rege Ferdinando. Ego petii
ab illo quare odio habetis deu3? reſpondit: quia eiecit nos a celo em
pireo: & priuauit nos dignitate noſtra. & ne īmorer multis ꝓ lōgū
ſpatium ad interrogata reſpōdit. licet qñq; male libenter. & ita do
cte: Ita efficaciter: ita etiā hoſtiliter veritatem exprimebat: q; om/
nino & infallibiliter deprehendi ipſum diabolū eſſe. Cui cum pre/
cepiſſem vt in nomine Ihesu corpus illud exiret: nec eum lederet:
poſt multas cauillationes faciēte miſericordia dei abſceſſit. Remā
ſit vero puella illa pallida. & a me interrogata: qd faceret? Reſpō/
dit ſe a ſomno euigilaſſe: cum omnium menbrorum ſuorū colliſiōe
Quare autem deus ꝓmittat aliqñ homines ſic vexari: reſpondet q;
hoc facit: aut ad malorū punitionem: aut ad bonorū purgatiō3 & ꝓ
batiō3: aut ad ſue glorie maifeſtatiō3. iuditia tñ ei9 abiſſus mlta.

¶ Quod omnes volentes poſſunt non ſolū reſiſtere demoīb9:
ſed etiam illos vincere & ſuperare. capitulum tertium.

QVm audiunt homines: que de demonib9 dicta ſunt nimio
terrore corripiuntur. diffiduntq; poſſe ſaluari: dum opus
ē cū hoſtib9 tā terribilib9 conſerere manus: verūtamen ut
Gregorius ait: Debilis eſt hoſtis: & non vincit niſi volentes. quare
facile eſt non ſolum reſiſtere viribus demonum: ſed etiam illos vī
cere & ſuperare. quod vt plene īnoteſcat: in hoc tertio miſterio o/
ſtendemus: q; quilibet volens diabolum & omnes demones ad ma
lum nos impellentes: poteſt confundere. ꝓbabimus autē3 hoc tri/
plici ratione: ¶ Primo ratione ligationis ¶ Secundo ratione cuſto/
ditionis ¶ Tertio ratione ꝓmiſſionis.

¶ Quod ꝓ dominum Ihesum xp̄m ligata eſt poteſtas demonū.
¶ Primo poteſt vnuſquiſq; diabolo reſiſtere: illūq; vīcere & ſupera/
re: ratione ligationis: quia ꝓ dominum Ihesum ſaluatorem noſtrū
eius poteſtas eſt ligata. vnde Apoca. xx. ca. Iohannes ait: Vidi an
gelum. i. Criſtu3 deſcendentem de celo: habētem clauem abiſſi: &

UVA. BHSC. IyR_144

cathenam magnam in manu sua: & apprehendit draconem serpentem antiquū: qui est diabolus: & sathanas: & ligauit eum. Notāduz tamē scdm Bona. di. xix. iii. li. ꝙ sicut etiā dicit magister in textu per passionem xp̄i sumus a potestate diaboli liberati. omnes quidē q̄tum ad sufficientiam: Sed illi soli qui sunt de eius corpore: quod est ecclesia: q̄tū ad efficatiā. Diabolus eniz ante passionē cristi habebat duplicem manum. s. attrahentem: & impellētē. Manus attrahens erat potestas trahendi ad limbum: etiam iustos & sanctos. Manus impellens erat potestas precipitandi in malum vel p̄ fallatiam: vl̄ p̄ violentiaz. quia temptabat ut draco: temptabat vt leo: & prima manus. s. attractiua erat tante potentie: vt nullus posset ei resiste/re. & hec fuit ei omnino amputata p̄ cristum: Iam enim nullum iustum potest ad limbum trahere: quia p̄ passionem cristi deletum ē cirografum peccati Ade. Manum autem impellentem habebat ita fortem: vt cū magna difficultate posset quis ei resistere. & ideo fere in omnibus regnabat. omnes enim vl̄ superabat p̄ fraudulentiā vel p̄ violentiam. & hec potestas debilitata est p̄ cristum: p̄ quem lumen veritatis aperitur: contra fraudulentiam diabolicam. & adiutorium virtutis tribuitur: contra diabolicam violentiam. Appa/ruit autem lumen veritatis: & interius p̄ diuinam inspirationem: & exterius p̄ humanā instructionem: iam enim omnibus est veri/tas p̄palata. & ideo destructa est ydolatria q̄ prius regnabat. adiutoriū etiā virtutis tribuit̄ p̄ gratie ifusiōz: q̄ reprimit cōcupiscētiā.

¶ Quod p̄pter angelum custodiētē possum9 diabolo resistere.

¶ Secundo potest vnusquisq̄ diabolo resistere: illūq̄ vincere: & superare: ratione custoditionis. nam habent omnes homines angelū custodientem: vt Hieronimus docet sup̄ Matheum. & ponit ma/gister in. ii. di. xi. quare si temptat diabolus ad malū. angelus custodiens īducit ad bonū. De custodia vero bonorū angelorum: dictū ē in quadragesimali in sermone de amore dei: ad animaz. ideo hic nō curo diffusius de illa tractare.

¶ Quod deus nō p̄mittit vt diabol9 tep̄tet hoīez p̄ volūtate sua

¶ Tertio potest vnusquisq̄ diabolo resistere: illūq̄ superare ratiōe p̄missionis: vt enim dicit apostol9. 1. ad corin. iiii. Fidelis deus qui non p̄mittit vos temptari sup̄ id quod potestis: sz facit cum tempta tione p̄uentum. Nūq̄ ergo deus finit aliquem a demone īpugnari: cui non prestet gratiam ne decipiatur aut opprimat̄. Nostra igit̄ interest fortiter dimicare: quia si legittime certauerimus corona/

UVA. BHSC. IyR_144

bimur. quia ut dicitur Iacobi primo: Beatus vir qui ſuffert tempta tionem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite. quā nobis largiatur Criſtus dei filius Amen.

¶ Sermo quintus de cognitione ſuperbie: que fugi enda eſt: ne cum angelis ruentibus deputemur.

PAulum admoduꝫ prodeſſet nobis intelligere: que dicta ſunt de iuditio dei: cōtra angelos tranſgreſſores: niſi oī ſtudio & diligentia elaborauerimus tumentem ſupbiaꝫ fugere & deteſtari. Ipſa ſiquidem eſt omnium vicioruꝫ regina: quam difficile multi cognoſcunt: quia vitium eſt ſpirituale latet in corde: viget in mente: feruet in animo: & ſola volūtate de liberata completur· quia tamen ꝑ extrinſeca cognoſcuntur intrin/ ſeca: vt ſic ſupbiam cognoſcamus: mundoſq; nos ab eius labe ſerue/ mus: de fructibus & ſignis ſupbie dicemus in preſenti. diſtingue/ mus autem ſub tribus articulis duodeciꝫ fructus ¶ Primi articuli. ¶ Primus fructus: extollentia ¶ Secundus: arrogantia. ¶ Tertius: vana gloria ¶ Quartus: iactantia ¶ Secundi articuli ¶ Primus fru ctus: ambitio ¶ Secundus: ypocriſis ¶ Tertius ꝑtinatia ¶ Quart9 ingratitudo ¶ Tertii articuli ¶ Primus fructus: inobediētia ¶ Se cundus: curioſitas ¶ Tertius: contentio ¶ Quartus: preſumptio/

¶ Quod ſuperbi deificant ſeipſos: & ſpernunt deum celi: quia ſe cognoſcere nolunt.

PRimus fructus qui ſignum eſt ſuperbientis animi: extollētia dicitur. quādo. ſ. aliquis ꝑpter dona aut nature: aut fortune: (ut ſic loquamur) aut ſpritualia: aut corporalia: aut temporalia: pu ta propter diuitias: generis nobilitatem: corporis formoſitatem: robur & fortitudinem: elegantiam: ſubtilitatem ingenii: fecundi/ tatē memorie. & ſimilia deificat ſeiꝑ: & deuꝫ cognoſcere negligit. Cōtra illud quod dicit̄ Iheremie. ix. ca. Non glorietur ſapiens in ſa pientia ſua: nec fortis in fortitudine ſua: nec diues in diuitiis ſuis: ſed in hoc glorietur qui gloriatur: ſcire & noſce me. Sequit̄ ex hoc ignorantia ſui: que obliuionem inducit infirmitatis & fragilitatis humane. & certe damnificatur in hoc homo: dum deficit ab ea re/ gula: que cunctis eſt omnis ſapientie fundamentum ¶ Voce quip/ pe omnium: tam ſanctorum: q̄ philoſophorum: cognitio ſuiipſius ꝑ dicatur lex precipua: fructifere vereq; ſapientie. Vnde Bernard9

UVA. BHSC. IyR_144

libro de consideratione ad Eugenium ait: Noueris licet omnia mi
steria: lata terre: alta celi: profunda maris. si te nescieris: similis e
ris hedificanti sine fundamento: ruinam: non structuraꝫ facies. Et
Ag9. in ꝓhemio quarti libri de trinitate. Laudabilior est animus:
cui nota est infirmitas ꝓpria: q̃ qui ea non respecta: vias siderum:
fundamenta terrarum: & fastigia celoruꝫ scrutatur. & Hugo li. i.
de anima ¶ Melior es: si te ipsum cognoscas: q̃ si te neglecto: cogno
sceres cursus siderum: vires herbarum: complexiones hominum:
naturas animalium: celestium & terrestrium scientiam haberes:
¶ Multi enim multa sciunt: & seipsos nesciunt. cũ tamen summa phi
losophia sit cognitio sui. & Macrobius li. de somno Scipionis: Dei/
fici vox hec fuit oraculi consulenti ad beatitudinẽ: quo itinere per
uenire posset: si te inquit noueris. Supbi itaq; contempto deo in se
ipsis confidunt: non arbitrantes deum superiorem: nec se periculis
passionibus: & morti subiectos ¶ Talis erat supbia Atrei: qui dum
fratris filios in odium occidisset: dicebat: equalis astris gradior: &
cunctos supero. altum superbo vertice attingens celum. Talis fuit
superbia Romanorũ: de quibus Ag9. li. i. de ciuitate dei ca. i. dicit
ꝙ ad tantam superbiam: extollentiam: reputationemq; deuenerũt
ꝙ se deos estimabant. vnde inquit. Hoc vero quod dei est: supbeq;
anime: spiritus inflatus affectat: amatq; sibi in laudibus dici: Parce
re subiectis: & debellare supbos ¶ Talis fuit supbia Domitiani Im/
peratoris: qui ut scribit Suetonius: Eutropius: & Beda: libro de tẽ
poribus. Fuit Vespasiani filius: & frater iunior Titi. cui Tito Do
mitianus in imperio successit: immo ita fuit regnandi cupidus: ꝙ se
pe fratrem interficere satagebat. & clam: & palaꝫ semper fraudes
illi parabat. quem Titus semper ferebat patienter ¶ Tandem mor
tuo Tito: in Imperium sublimatus: ostẽdit se in principio modera
tum valde. simulauit diligere studia lrãrum: & bibliotecas refice/
re. ita videbatur horrere cedes: vt ne boues ymolare mãdauerit.
sed firmatus: seuerus apparuit: Senatores etiam nobilissimos occi
dit. persecutus est cristianos: & iudeos scd̃m Eusebium li. iii. histo
rie ecclesiastice. & scd̃m Horosium li. vii. se deum & dominũ iussit
appellari. & in cũctis primordiis: lrãruꝫ suarum dicebat: Dn̄s & de
us vester Domitianus ita mandat ¶ Tandem deo ꝑmittente a cubi/
culariis suis septem vulneribꝰ occisus est: anno etatis sue. xlv ¶ Ad
excellentiaꝫ insup ascendit: cor Herodis agrippe: qui occidit Iaco/
bum: & Petrum incarcerauit: Refert quidem Iosephus. xix. anti/

UVA. BHSC. IyR_144

quitatum libro. ꝙ cum Ceſaream adueniſſet: & ad eum totius ꝙui
tie viri vnanimiter cōueniſſent: ille veſte fulgenti ex auro argen/
toq; mirabiliter contexta indutus: incipiēte die ꝓcedit ad theatrū:
vbi cuz primos ſolis radios veſtis argentea ſuſcepiſſet: repercuſſo
ſplendore: duplicatam ſpectantibus lucem fulgor metalli vibrātis
effudit: vt intuentibus ꝓſtringeret atiē terror aſpectus. Illico adu
lantis vulgi concrepant voces dicentis: Nuncuſq; vt homine3 te ti
muimus: ſed ex hoc iā ſup̄ humanam natura3 te eſſe fatemur. & dū
adulatoribus demulceretur honoribus: & oblatos ſibi diuinos ho/
nores non reſpueret: repente mortifero viſcerum dolore corripit̄
& dū ꝓ man9 ſuorū deportaret̄: dicebat: En ego veſter deus ducor
ad morte3: iuxta igitur quinq; dies vermibus eius viſcera corrodē
tibus exſpirauit. Nec mirum: quia vt dicitur Iacobi. iii. cap. Deus
ſupbis reſiſtit. & Seneca tragedia. i. Seqt̄ ſupbos victor a tergo de9

¶ Quod ſupbi cum ſuis proximis conuerſantur arroganter.

¶ Secūdus fructus ſupbie: qui ſignū eſt ſupbie ſi ſupbi cordis arro/
gantia dicitur. hic facit proximos paruipendere: & ī dictis: geſtis:
motib9: cūctiſq; extrīſecis rebus: ſupbe cū proximis ſe habere. qui
ſic eſt arrogans: ſupbe īcedit: ſupbe loqt̄: ſupbe īgredit̄ & egredit̄:
ſuperbe comedit: ſuperbe omnia facit: cum clamore & ſtrepitu: mi
nis: & contumeliis. verūtamen contra iſtos eſt auctoritas Eccleſi.
iii. ca. dicentis: Quanto maior es: humilia te in omnibus. & Cicero
in primo de offitiis inquit: In rebus etiam proſperis ſuperbia fugi
enda & arrogantia: nam ut aduerſas res: ſic & ſecundas: imodera/
te ferre leuitatis eſt. & Ouidius. iii. de arte amandi: Non natet in
vultu damnoſa ſuperbia veſtro. dicit Caſſiodorus in epiſtolis: Or/
namentum omnium bonorum eſt ſincera benignitas. Igit̄ ſi tu gra
du: aut dignitate: aut virtute: ſuperas reliquos: noli illos pedib9 cō
culcare. ſis amabilis: effabilis: & vultu facieq; placid9. & vt dicit Se
neca ad Lucillum: Sic cum inferiore viuas: quēadmodum te cū ſu/
periore viuere velles. Scribit̄ ī policratone li. v. ꝙ Gratian9 opti/
mus imperator arguentibus eum amicis: ꝙ in oms familiaris eſſet
nimium: & cōmunis: reſpondit: ſe calem velle imperatorē eſſe pri
uatis: quales imperatores ſibi eſſe priuatum optaſſet. Bn̄ eſt ut qui
aliis imperat timeatur: ſed melius vt diligatur. de hoc Cicero li. ii.
de offitiis ait: Omnium rerum nec aptius quit̄q; ad opes tuēdas: ac
tenendas q̄ diligi: nec alienius q̄ timeri. laudatur ergo māſuetudo ī
oibus etiā magnis viris. dūmodo tanta nō ſit: ut vileſcat auctoritas.

UVA. BHSC. IyR_144

Recitat Valerius libro quinto de Alexandro magno: ꝙ cū vidiſſ3 militem quendam ſenio confectum: frigore nimio ſtupefactu3: cū ipſe eſſet in ſede ſublimi ꝓpinqua igni: ſurrexit: & ſuis manib9 illū in ſede ſua repoſuit dicens: illud ſalutare ſibi futurum. Sed nobis q̄ criſtiani ſumus: exemplū Criſti ſatis eſſe debet: de quo ſic pulchre loquitur Hieronimus in epiſtola ad Anthonium monachum: Dn̄s noſter humilitatis magiſter: diſceptantibus de dignitate diſcipulis vnum apprehendit ex paruulis: dicēs: niſi conuerſi fueritis: & efficiamini ſicut paruuli: nō intrabitis in regnum celorum. quod ſe docere tantum nec facere videretur: docuit exemplo: dum diſcipulorum pedes lauit: dum loquitur cum ſamaritana: dum ad pedes ſibi ſedente Maria de celorum diſputat regno: dum traditorē3 oſculo excipit: dum reſurgens primo mulierculis apparuit. Ad idem eſt textus Cipriani. xciii. diſtinctione capitulo Dominus.

¶ Quod ſupbi querunt gloriam temporalem que nichil eſt.

¶ Tertius fructus qui ſignum eſt ſuperbie eſt vana gloria. ſed quo modo vana gloria dicatur pleriq̄ audire cupiunt. nam ſi loquamur de illa beata de qua Pſal. ait. Exultabunt ſancti in gloria. certe vana non eſt: quam cuncti deſiderare tenentur ¶ Temporalis adhuc gloria vana nō eſt: q̄ virtuti fauet: cōformatur nature: & animum ad queq̄ difficilia & ardua roborat. Eſt hec ſc̄dm Ambroſium li. de officiis clara cum laude noticia. & ſc̄dm Tullium in rhetorica: ē frequens de aliquo fama cum laude. Laus vero ¶ vt dicit Ariſtote. primo rhetoricoru3 ¶ eſt ſermo elucidans magnitudinem rei. vñ Ag9 ſup Iohannem: Gloriari idem eſt quod clarificari. De hac gloria inquit Seneca ad Lucillum: Nulla eſt tam excelſa virtus: que dulcedine glorie non tangatur. & Hieronimus ad Sabinianum: Natura li ducamur malo: & adulatoribus noſtris libenter fauem9. & quāq̄ nos reſpondeamus indignos: & callidus rubor ora p̄fundat: tamen ad laudem ſui intrinſecus anima letat̄. & Claudianus: Gaudet eni3 virtus teſtes ſibi iungere muſas. Carmen amat quiſq̄s carmine digna gerit. & Ouidius libro de triſtibus: Deniq̄ nō p̄uas aīo dat gloria vires. Et fecūda facit pectora laudis amor. & Eccleſiaſtici. xli. Curam inquit ſapiēs habe de bono nomine. & ꝓuerb. xv· Fama bona impinguat oſſa. & . xii. q. i. ca. Nolo. Ag9. famam tuendam hortatur. & idem. v. de ci. dei. ca. xii. dicit de Romanis: Gloriam ingētem: diuitias honeſtas volebāt: hanc ardentiſſime dilexerūt: ꝓpter hanc viuere voluerunt: ꝓpter hanc & mori non dubitauerunt. &

UVA. BHSC. IyR_144

xviii.ca. eiusdez Hec sunt duo illa: libertas & cupiditas laudis humane: que ad facta compulere mirāda Romanos. Nō ergo videt gloria fugienda: quam omnes efferūt miris laudibus ¶Sed Alexāder in. ii. & Thomas. xxii. q. cxxxii. dicūt. qꝫ gloria temporalis potest appeti ordinate: & inordinate: cum primo modo nullū est peccatum: nam cum qs cogitat bonuz suuz dignuz laude: & approbat illud: cupiens ab aliis laudari: aut ꝓpter diuinum honorez: aut ꝓpter proximorum salutem: aut appetendo non appetit contra deum & proximum. nec in gloria finem constituit: de superbia & vana gloria reprehendi non potest. In ordinate vero gloria appetitur: primo: quando quis querit gloriam de eo quod est peccatuz: sicut luxuriosus de carnalitate: Iracūdus de vindicta & cōtumeliis: & similia de quibus aliqui gloriantur: quos rep̄hendit psal. dicens: Quid gloriaris in malitia: qui potens es ī iiquitate ¶Secundo gloria appetit̃ inordinate: cū eam quis querit de eo quod non habet: puta de scientia: de sapientia: de sanctimonia vite: & huiusmodi ¶Tertio quādo quis querit gloriam de eo quod non est gloria dignum: ut de diuiciis: de pulchritudine de fortitudine: de hedificiis: de dominiis: & quibus libet temporalib9 bonis: fatue quippe homines in his gloriātur: & vane: quia omnia ista fumus & fauilla sunt: Ideo sapiens Ecclesiastes. i. ca. pro istis dicit: Vanitas vanitatum: & omnia vanitas Crisostomus sup Iohannē sic sequitur hunc versiculum: Si saperent qui in potentia versantur: in parietibus suis omnib9: & vestib9 scriberent in domo: in foro: & in egressibus: & ante omnia in conscientiis suis: vt semp eum & oculis cernerent: & corde sentirent: quoniam eo qꝫ multe sunt rerum facies & ymagines false: que decipiūt incautos: istud oportet cotidie carmen salutare. & in prandiis: & ī cenis: & in omnibus conuentibus: libenter vnūquēqꝫ proximo suo canere: a proximo suo libenter audire: quia vanitas vanitatum. & omnia vanitas. hec ille. An non videmus: q̃ breui deficiunt omnia dicit Iheremias. xl. ca Omnis caro fenum: & omnis gloria ei9 qua si flos feni: exiccatum est fenuz: & cecidit flos. Ideo Hugo li. i. de anima inquit: Dic mihi vbi sunt amatores mūdi: qui ante pauca tēpora vobiscum erant: nichil ex eis remāsit: nisi cineres & vermes: homines fuere sicut tu: comederunt: biberunt: riserunt: duxere in bonis appentibus dies suos: in puncto autem ad inferna descendere: hic caro eorum vermibus: illic anima eternis supplitiis deputatur: donec rursus infelici cōmertio colligati: sempiternis ī uoluant̃

UVA. BHSC. IyR_144

incendiis. & Baruch. iii. Vbi sunt principes gētium · & qui dominā tur sup bestias: que sunt sup terram: qui in auibus celi ludūt: qui argentum thesaurisant & aurum: in quo confidunt homines: & non ē finis acquisitionis eorum. qui argentum fabricant: & solliciti sunt: nec est inuentio operum illorum: exterminati sunt tamen: & ad inferos descenderunt: & alii in loco eorum surrexerūt. Ad hoc facit exemplū de quodam Imperatore mortuo: ad cuius sepulchrū accedens quidā philosophus: tumulo patefacto: videns cadauer illud horribile: dixit Intuitus sum cadauer Cesaris in sepulchro: & vidi eum liuido colore coloratum: putredine circumdatum: aluum eiꝰ diruptum: & vermium cateruas: qui p illum transeuntes discurrebant: crines nō adherebant capiti: dentes patebāt labiis cōsumptis: & dixi: Vbi nam Cesar chorus puellarum: Magnitudo diuitiarū: caterua Baronum: acies militum: vbi sunt canes venantes: equi veloces: aues rapaces: thalamꝰ depictus: lectꝰ eburneꝰ: aurum citrinū mutatoria vestimenta: diuersa cibaria: canticum lire: organorum sonitus: Te verebantur homines: timebant principes: colebant vrbes: vbi est tanta potentia & tam preclara magnificentia: Et respōdit mihi: hec omnia defecerunt in me: quando defecit in me spiritꝰ meus. & reliquerunt in hoc me miserum sepulchro circumuoluto putredine carnis mee.

¶ Quod superbi iactanter de se loquantur: & qualiter potest quis absq; peccato se laudare.

¶ Quartus fructus qui signum est elate mentis: iactātia dicitur. & est: cum quis ꝓprio ore se laudat. hoc autem incōueniēs esse dictis sanctorum & philosophorum demonstratur. vnde Sapiens ꝓueb. xxvi. ait: Laudet te alienus: & non os tuum. aliena labia: non ligua tua. & Cicero ī primo de offitiis: Turpe est de seipso predicare. & Quintilianus libro. viii. de oratoria institutiōe: Vitiosa ē iactatio: infertq; audientibus nōmodo fastidium: sed etiam plerumq; odiū. & Seneca li. ii. de beneficiis: Retrahenda est inanis iactatio: res loquantur nobis tacentibus. Quando autem quis potest de seipso dicere absq; peccato: licet dictum sit in quadragesimali: tamen hic repetendum est. Ideo nota scdm doctrinam Alexandri in. ii. volumine summe: q; aliquis potest tripliciter se laudare: Primo meritorie ¶ Secundo venialiter ¶ Tertio mortaliter ¶ Primo cū merito: & hoc tripliciter: aut ꝓpter caritatem dei: aut ꝓpter caritatem proximi: aut propter caritatem propriam ¶ Primo laudet se quis propter

UVA. BHSC. IyR_144

caritatem dei vt sue bonitati gratie referātur ¶ De hoc sic loquitur Ciprianus: in epistola ad Donatū: Odiosa iactatio est q̄uis nō iactatum esse possit: sed gratum. quicqd non hominis virtuti ascribitur sed de dei munere predicatur. Sic fecit gloriosissima virgo: duz visitauit Elisabet: Luce secundo: quādo cecinit verba illa suauissima: Magnificat anima mea dominum. Secundo potest quis cum merito se laudare: propter caritatē proxrimi. vt puta ne scandalisetur: ꝓpter verba detrahentium. Nam vt dicitur. vi. q. 1. ca. Sunt plurimi qui vitam moresq̄ bonorum amplius: q̄ debent laudant ¶ Ideo ꝓmittit deus malos in obtrectationem & obiurgationem prorūpe vt si qua elatio ab ore laudantium in corde nascitur: ab ore vitupe/rantium suffocetur ¶ Qua de re sepenumero de viris bonis & iustis pusilli scandalisantur. ideo licet quādoq̄ virtutes proprias aperire Sic fecit Ag9. qui in sermone qui legitur in festo ipsius ait: Caritati vestre de nobisipsis hodie sermo reddendus est: quia enim vt ait Apostolus Spectaculum facti sumus mundo: angelis: & hominibus: qui nos amant: querunt quid laudent in nobis. qui nos oderūt querunt quid detrahant nobis. nos autem in vtroq̄ medio cōstituti adiuuante deo: & vitam: & famam: sic custodire debemus: vt nō erubescant de detractoribus laudatores. Hinc Paulus. ii. corin. x. & xi. ca. tam alta de seipso pronuntiat. Nam vt inquit Hieronim9 in argumento in epistola ad corin. Corinthi sunt Achayci: & hii ab apostolo audierūt verba veritatis: & subuersi sunt mltifarie a pseudo apostolis: qui multa dixerunt contra Paulu3 ¶ Tertio potest qs laudare se: cum merito ꝓpter caritatem ꝓpriam: quando est ī aliq̄ tribulatione: vt se consoletur. sicut Iob dicebat. xxix. ca. Oculo fui ceco: pes claudo: manus debili: & pater eram quondam pauperum ¶ Secundo in laude suiipsius potest esse peccatum veniale: cum. s. dicitur aliquid quod non est contra deum: nec contra ꝓximum ¶ Tertio potest quis laudare se cum peccato mortali: vt cum quis laudat se de eo: quod est contra honorem dei puta de aliquo mortali: etiā si veritas dicatur. aut cū quis nimis supbe profert de se falsa: vt decipiat proximos. vel causa cupiditatis: vel causa glorie. aut cū quis refert aliqua de se in expressam proximi contumeliam: sicut faciebat Golias. 1. Regu3. xvii. ca. qui dicebat Ego exprobraui agmīb9 israhel hodie. Et sicut peccatum est iactantia: ita & Ironia. que est cum quis de se minora dicit: vt reputetur bonus. Potest autē fieri dupliciter scd̄m Tho. xxii. q. cxiii. vnomodo cu3 veritate: & sic nō

UVA. BHSC. IyR_144

est peccatum: nisi per alicuius circumstantie corruptionē: aliomodo cum falsitate: cum aliquis dicit illud quod in se nec recognoscit: nec credit. & de hoc dicit Ag9. xxii. q. ii. ca. Cum humilitatis. Cuz humilitatis causa mentiris: si non eras peccator mentiendo efficeris: quod vitasti. Idem in ca. Non ita. & in ca. Incauti. dicit: Incauti sunt humiles: qui se mentiendo illaqueāt. Debet tñ vnusqsq; semper estimare se peccatorem: vnde di. v. ca. Ad eius. Bonarum mētium est ibi culpam cognoscere: vbi culpa non est.

¶ Articulus secundus de quatuor aliis fructibus superbie: quorum primus est Ambitio.

ADmonet nos diuina scriptura: vt supbie crimen effugiamus. ostendens deum omnipotentez illam non parum odire. vnde Amos. vi. dicit dominus exercituū: detestor ego supbiā. & puerb. vi. Arrogantiam & superbiam & viam prauam: & os bilingue ego detestor. & Ecclesiastici. x. Odibilis est corā deo & hominibus supbia. Quare ipse excelsus dominus cōminat supbis durissime. dixit enim Iheremias. xiii. ca. Requiescere faciam supbiam infidelium: & arrogantiam fortiuz humiliabo. & xviii. ca. Ve corone supbie. & Iheremie. l. Ecce ego ad te superbe dicit dñs deus exercituuz quia venit dies tuus: tempus visitationis tue: & cadet superbus & corruet: & non erit qui suscitet eum. ¶ Propterea in hoc articulo de aliis quatuor fructibus superbie loquamur.

¶ Primus fructus est ambitio: qua quis iordinate dignitates appetit & honores. hec inmanis bestia totum fere mundū destruit: status oms conturbat. scandala plurima parit: ecclesiamq; confundit. vnde in ca. Nichil. de electione dicitur: Nichil est quod magis officiat ecclesie dei: q̄ cp indigni assumuntur prelati ad regimen animarum. Hoc ideo est: quia ambicioſi presumūt: & ingerunt se precibus: & precio vt dignitates acquirant. Sed audiāt Crisostomū. di. xl. ca. Multi. dicentem: Quicumq; desiderauerit primatum in terra: inueniet confusionem in celo: nec inter seruos cristi computabitur: qui de primatu tractauerit. & viii. q. i. ca. In scripturis ponit dictum Apostoli ad hebreos. v. Nemo sibi assumat honorem: sed qui vocatur a deo tamq̄ Aaron.

¶ De ypocrisi maligna Cristo exosa.

¶ Secundus fructus supbie est ypocrisis: que vt dicit Alexander ī secundo: est amor apparentis boni. quādo quis ē mal9: & simulat se esse bonum. De his ypocritis loquit Arist. i. Elencorū: Quibusdā

UVA. BHSC. IyR_144

inquit est magis operepreciū videri esse sapientes: q̃ esse & non videri. & Seneca ad Lucillum ait: Quod loquimur sentiamus: cō/cordet sermo cum vita. & iterum ad eundem: Multomagis ad rez pertinet: qualis tibi: q̃ qualis aliis videaris. & idem ad eundē: Illud te admoneo · ne eorum more qui non proficere: sed conspici cupiūt facias aliqua que in habitu tuo: aut genere vite notabilia sint. Hos ypocritas supra omnes peccatores detestatus est dominus Ihesus cristus. Nam Math. v. dixit. Cum facis helemosinam: noli tuba canere: sicut ypocrite faciunt. &. vi. ca. Cum ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes. &. vii. ca. Attendite a fermento phariseorum quod ē ypocrisis. &. xv. ca. Ipocrite: bñ ꝓphetauit de vobis Isayas. & · xxiii. ca. Ve vobis scribe & pharisei ypocrite: q̃ clauditis regnū celorum ante homines: vos enim non introitis: nec introeuntes sinitis intrare. ¶ Tales sunt religiosi ignorantes: qui in predicatioīb9 & confessioīb9: ac cōsiliis dānāt cōiugia: asserūtq̃ neiez ī statu mrīonii posse saluari. Et iterū Math. xxiii. Ve vobis scribe & pharisei ypocrite: qui comeditis domos viduarum: orationes longas orātes: ¶ Tales sunt religiosi: & sacerdotes: multis artibus bona viduarum rapientes. ¶ Et iterum ibi · Ve vobis scribe & pharisei ypocrite: qui circuitis mare: & aridam: vt faciatis vnum proselitū: & cum factꝰ fuerit: facitis eum filium gehenne duplo q̃ vos. Proselitus dicebat qui ex gentilitate conuertebatur ad iudayſmum: ad quod pharisei multum elaborabant ꝓpter inanem gloriam. Sic hodie religiosi: q̃ indistincte induūt fratres. & penitētes de tertio ordine. ¶ Et iterū ¶ Ve vobis scribe & pharisei ypocrite: qui decimatis mentā: & aneztz: & ciminū: & reliqstis que maiora sunt legis: iuditiū: misericordiam: & fidem. ¶ Tales sunt multi q̃ sibi conscientiā de minimis facit ūt: que aliqñ peccata non sunt: tamen de odio formali ꝓximi: de detractionibus & infamiis non curant. Et iterum Ve vobis scribe & pharisei ypocrite: qui mundatis quod de foris est: calicis & parapsidis intus pleni estis inmunditia: & dolo. ¶ Tales sunt qui tantum opiniones vulgarium · de quibusdam ad rez nō pertinētibus pascūt: vt ferre ante oculos scapulare: & nudos ostēdere pedes: ac similia: que si fiant vt hominibus ostendantur: ypocrisis vicium sapiunt. secus si bono animo: & ꝓpter diuinum amorem. Et iterz: Ve vobis scribe & pharisei ypocrite: qui similes estis sepulchris dealbatis: q̃ foris patent hominibus specioſa: intus vero plena sunt ossib9 mortuorum: & omni spurcitia. Et iterum ¶ Ve vobis scribe & pharisei

UVA. BHSC. IyR_144

ypocrite: qui hedificatis monumenta ꝓphetarum: patres vestri occiderūt illos. Nec mirū ꝙ ita acriter ꝓsecut9 est ypocrita Crist9. quia vt dicitur. Isayeie. ix. cap. Omnis ypocrita est neq̃. Et Aug9. lxxxiii. di. ca. Nemo. Nemo nocet amplius in ecclesia: q̃ qui puer/ se agens: nomen vel ordinem sanctitatis: & sacerdotis habet. Con cordat huic sententie: Ciceronis dictuz in primo de officiis: Toti9 iniustitie nulla capitalior est: q̃ eorū qui cū maxime fallant: id agūt vt viri boni esse videantur. Cognoscere possunt: oms sapientes & viri graues: ypocritas: a fructibus eorū: vt docuit Crist9: Math. vii. qui sunt proximorum odia: ꝓsecutiones: detractiones: impatiē tie: ambitiones: appetitus honoris & laudis: diligentia querēdi fa/ uores dominorum temporalium: mendatia: fictiones: extra clau/ strum discursus: inutiles mulierum frequentationes & cōuersatio nes: & his similia. Taceo quod scio: quod vidi: quod audiui: vnusq̃sq̃ iudicet seipsum. vnuz tamē asserere possuz: ꝙ rarissimi sunt: qui re/ ligiosam vitam ꝓfitentes aut spiritualem: ypocrisis labe non detur pentur. fatetur hoc Hieronimus: qui li. ii. contra Pelagianos ait: Quāuis aliis uiciis carere possumus: ypocrisis maculam non habe/ re: aut nullorum aut paucorum est.

¶ Quod superbi pertinaces sequūtur proprium sensum.

¶ Tertius fructus superbie dicitur ptinacia: dicitur ptinax qui ita firmiter suo heret sensui: vt nemini velit acquiescere. sequitur pro prias opiniones: & iudicia: spretis consiliis: & sapientum & amico/ rum dictis ¶ Ne igitur quis pertinax deprehendatur: tria princi/ paliter debet obseruare ¶ Primum vt proborum virorum sentētiis magis q̃ ꝓprie ibereat. hoc scribitur extra de constitutionibus. ca. Ne initaris. vbi sic habetur. Ne innitaris prudentie tue: prudētie sue innititur: qui ea que sibi agenda vel dicenda videntur: patrum decretis preponit. Idem ponitur extra eodem ca. Canonū: &. viii. .q. i. ca. Sciendum. &. iii. q. ix. ca. Pura. ¶ Secūdum vt a ceptis que bona credebat: & postmodum comperit mala: siue in dictis: siue in factis retrocedat. vnde dicitur. xxii. q. iiii. ca. Diffinitio. Diffini/ tio incauta laudabiliter est soluenda. Idem in sententia. por. in ca. Magne. Augustinus doctor eximius fecit librum retractionum. Arrius hereticus fuit ptinax: & periit. Sic Gayus flāmineus fuit ptinax: & princeps: & ab Hanibale apud lacum transimenuz deui/ ctus est: & occisus ¶ Tertium quod obseruandum est. vt euitet̃ pti natia: ꝙ q̃tūcumq̃ homo sit sapiens in rebus: tamen duris & arduis

UVA. BHSC. IyR_144

vtatur maturis consiliis. Inquit enim Hieronimus sup illo verbo Isaye. iii. & consiliarius non est tibi: Greci poete laudabilis sapien/tie dixerunt primum esse beatum: qui p se sapiat. Secundum qui sapientem audiat: qui autē vtroq; caret hūc iutilem esse tā sibi q̄ aliis

¶ Quod superbi ingrati sunt deo & hominibus.

¶ Quartus fructus supbie dicitur ingratitudo. Solent superbi esse ingrati deo & hominibus. nam superbus beneficia & dona que ha/bet a se habere aut propriis meritis credit: cui Aposto. 1. ad corin. .iiii. ait. Quid habes quod non accepisti? si autez accepisti: cur glo riaris? quasi non acceperis. & Iacobi. 1. ca. Oīne datum optimū & oē donum perfectum desursum est. Superbus ergo nec deū recogno scit: nec proximo benefico refert gratias. ymo semp detrahit: sem per cōqueritur: quia nulli vellet subdit9 esse vel obligatus.

¶ Articulus tertius de quatuor aliis fructibus superbie: quorum primus est Inobedientia.

SI diuersis iaculis non vulneraret superbia mentes mortaliuz: non insudarem tamdiu ad eius exprobrationez. sed quia ipsa pene omnes inuoluit: & vix reperitur: qui ab ipsa sit alien9: idcirco in hoc articulo de quatuor eius fructibus vltimis. adhuc dicemus·

¶ Primus itaq; fructus: inobediētia vocatur. ex hoc filii parētib9: subditi prelatis: & inferiores superioribus obedire cōtemnūt. hoc autem maxime perficitur in illis: qui se bonos reputantes: cum vi/deant de facto malos superiores & prelatos: ab eorum obedientia se eximunt: reputantes iniquū & iniustum fore: vt boni criminoſ subiciāt & reis. ¶ Contra istos dicit Alexander in. iii. summe in. q.

¶ Vtrum boni subici teneantur malis? q̄ sic: quia mali subiciūtur ma lis: ꝓpter vicium puniendum: & boni subiciuntur malis: ex dei or/dinatione ꝓpter vtilitatem sue purgationis. vnde Ambro. sup epi stolam ad Romanos. xiii. ca. ait: sup illo verbo principes non sunt timori boni operis: si bonus est princeps: bene operantem non pu/nit: sed diligit. si malus est: non nocet bono: sed purgat euz. Et i. q.

¶ Vtrum prelatus malus possit iudicare inferiorem bonum? respon det: q̄ potest de offitio potestatis: & adducit exēplū Saulis. de quo viii. q. 1. ca. Audacter. &. ii. q. vii. ca. Sic de his. &. 1. Regū. xxiiii. ca. Qui cum esset a domino reprobatus: iudicabat tamen populuz dei: & vniuersus populus eius iudiciū expetebat. vnde dixit Dauid post reprobationem: profitens ipsum esse iudicem a domino: pro/pitius sit mihi dominus: vt non extendam manū meam in xp̄m do

UVA. BHSC. IyR_144

mini. Dauid etiã cũ esset adulter & homicida: ĩterrogat9 a ꝓpheta: sententiam in diuitem dedit: qui rapuit ouem pauperis: dicens: Iudicium mortis est viro huic. Salomon etiam amore mulierum deprauatus coluit deos gentium: tamẽ vniuersa plebs Israhelitica ad eius iudicium confluebat. Et in. q. Vtrum honor sit exhibẽd9 malo prelato: dicit Alexander ꝙ q̃diu ab ecclesia toleratur: debet̃ sibi honor. & quãuis male presideat: quousq; ab ecclesia deponatur: vt bene presidens debet haberi. nec debent inferiores iudicare. vtrũ bene operentur: sed illos dominus iudicabit. Et in. q. Vtrum malus prelatus magis sit honorandus q̃ bonus subditus? dicit ꝙ mal9 prelatus inq̃tum prelat9: magis debet honorari: q̃ bonus subdit9: quia magis est in participatione debiti honoris. Confirmantur dicta per Alexandrum prima. i. ii. ca. vbi dicitur. Serui subditi estote in omni timore dominis: non tantum bonis & modestis: sed etiã discolis. & ad idem est textus di. ix. ca. Quicumq;. &. xi. q. iii. ca. Iulianus. ca. Qui resistit: ca. Si ei. ca. Si bonum. ca. Imperatores. ca. Quid ergo mirum. Dum igitur prelati mali precipiunt ea que non sunt contra deũ & bonos mores: audiendi sunt iuxta precepta domini Math. xxiii. ca. dicentis. Super cathedraꝫ Moysi sederũt scribe & pharisei. Omnia ergo que dixerint vobis facite & seruate scd̃m vero opera eorum nolite facere.

¶ Quod supbi sunt curiosi scire que non possunt: aut nõ debent

¶ Secundus fructus superbie: curiositas vocatur. scd̃m Tho. xxii. .q. clxvii. Curiosus aliq̃s potest dici multipliciter. Primo: qui querit scire quod supra vires est. cõtra illud quod scribit̃ Ecclesiastici: iii. ca. Altiora te ne quesieris: & fortiora te: ne fueris perscrutat9. Sic sunt curiosi: qui volunt inuestigare ingenio suo secreta dei pro quibus dicit Lactantius li. i. diuinarũ institutionũ: Veritas & archanum summi dei: qui fecit omnia ingenio: ac propriis sensibus: non potest comprehendi. Alioquin nichil inter deum hominemq; distaret: si cõsilia & dispositiones illius maiestatis eterne cogitatio assequeretur humana. Secundo dicitur curiosus: cum quis querit scire aliorum facta: que ad ipsum non pertinent. naꝫ quilibet seip̃ꝫ inspicere habet: non proximos. vt dixi in quadragesimali in sermone de iudicio curioso: & temerario. quoniã vt inquit. Cicero in q̃stionibus tusculanis: Proprium stultitie est: aliena vicia cernere: suorum obliuisci. Verum hodie impletur illud dictum Senece li. ii. de ira. Aliena vicia ante oculos habemus: a tergo nostra. & de hoc ait

UVA. BHSC. IyR_144

Martialis coquus: Ad fratris culpā aquile tu lumina portas ¶ Tertio dicitur aliquis curiosus: cum querit scire: quod scire peccatum ē vt artes magicas. nam vt dicit dominus Bona. in. ii. di. vii. Huiusmodi artes exerceri non possunt absq; peccato: quia prohibitus est & p legem diuinam. vt patet leuitici. xx. & p legem positiuam: ut habetur · xxvi. q. v. ca. Si quis. ca. Qui diuinationes. ca. Non liceat ¶ Ratio huius phibitionis est: quia q diabolū aduocat p magicas artes aut quouismodo: peccat ī seip̄z: dū se cōmittit discrimini. peccat in ecclesiam: dum habet cōmercium cum illo: qui est omnino p̄cisus & ecclesie aduersarius. peccat etiam in maiestatem diuinam: dum recurrit ad diabolum quasi deus non sit omnipotēs: & sufficiēs atq; benign9. Quarto potest aliquis dici curiosus: cū querit scire: quod scire non est peccatum: sed cum debito modo: vt faciunt illi qui volunt acquirere scientiam p artem notoriaz. Et quinto dicitur quis curiosus: cum querit scire: sed non ad debitum finem.

¶ Quod superbi sunt contentiosi.

¶ Tertius fructus superbie contentio vocat̄: quia superbi solēt esse verbosi: & contendunt libenter: & omnibus loquentibus contradicunt. assumuntq; libenter omnem contrarietatem: vt videantur sapientes. De hac contentione dixi in q̄drageſimali copiose.

¶ Quod superbi sunt presumptuosi.

¶ Quartus fructus superbie dicit̄ presumptio: de qua sunt tria notanda. primum: q̄ presumptio sumitur multipliciter ¶ Aliquādo p̄ p̄batione semiplena ī iure: & sic dicitur li. vi. de regulis iuris: Qui semel malus: semper presumitur esse malus ¶ Secūdo accipitur presumptio pro quadam bona cōfidentia. & sic accipitur Iudit. viii. ca. Benedictus es domine: qui non derelinquis p̄sumentes de te. & di. iiii. ca. Deniq; ¶ Tertio sumit̄ p̄ vna ex speciebus peccati ī spiritum sanctū. Quarta sumitur pro ut opponitur magnanimitati. & sic est species superbie. & potest sic diffiniri. Presumptio est vicium: quo quis aggreditur vel exequitur ea que sunt supra facultatem suam: & conditionem. Hoc vicium opponitur magnanimitati p̄ excessum ¶ Nam magnanimitas est virtus moralis: tendens ad magna opera: & ad magnos honores: sed scd̄m rationem & scd̄m virtutem suam: & dignitatem. huic autem virtuti opponitur aliquod vicium scd̄m defectum. & aliquod scd̄m excessum: sicut & aliis virtutibus moralibus. & scd̄m defectum quidem opponitur vicium pusillanimitatis quo quis retrahit se ab his omnibus: quibus est dign9 vel aptus: dū

UVA. BHSC. IyR_144

ſcilicꝫ non conatur ad operandum ea que ſibi competūt: ſcd̄m ſtatū ſuum. & hoc ꝙ phibetur Eccleſiaſtici. vi. Noli inquit ſapiens eſſe pu ſillanimis in animo tuo: ſed ꝑ exceſſum opponitur magnanimitati preſumptio: que attemptat magnum opus: excedens facultatem ſuam: quod quidem peccatū ē ſcd̄m Tho. xxii. q. xxx. quoniam vt inquit Seneca. li. de quatuor virtutibus: Magnanimitas ſi ſe ſupra modum extollat: facit virum minacem: inflatum: & inquietum: & turbidum: & in quaſcūq; excellentias dictorum factorumq; negle cta honeſtate feſtinum. Secundum notanduꝫ: ꝙ ſi homo vult ſe re trahere: & conuertere ad diuina ꝑ orationem: contemplationem: & huiuſmodi: vniendo ſe eis per intellectum: & voluntatem: q̄uis diuina ſint ſupra hominem: non tamen dicetur p̄ſumptuoſus: ſi de/ bito modo ideſt ſcd̄m rationem ſe applicet eis: ideſt ſcd̄m capacita/ tem ſuam. Tertium notandum: ꝙ ſi aliquis attemptat aliquod op9 facere non ex ſe: ſed virtute diuini auxilii: hoc nō erit preſumptuo ſum. Opus enim magnum de ſe cum fiducia diuini auxilii faculta/ tem noſtram non excedit: dūmodo illud ſit proportionatum: pre/ ſuppoſito auxilio comunis gratie. Sicut attemptando celebrationē cōmunionem: religionis ingreſſum: regimen impoſitum cum debi tis circūſtantiis: & huiuſmodi. Hii prenominati fruct9 a ſuperbie radice proueniunt. eradicetur arbor: & fructus peribunt & exic/ cabuntur. Niſi enim humiles fuerimus heredes celeſtis regni nūq̄ eſſe valebimus: Ad quod nos perducat Ieſus redemptor mūdi: qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum Amen.

Sextus ſermo de iudicio dei contra primos parentes: mandato diuino inobedientes.

DReſtatur nobis in dies cauſa: quare dei iuſtitiā time/ re debeamus. Quis nā nō paueat: dum ſcd̄m veridi/ cam ſcripture ſancte traditionē. pro inobedientia pri morum parentum: & ipſos: & omnem ipſorum poſteritā tem penis grauiſſimis viderit affici· Non ſinit deus iniu/ riam ſibi fieri: quin per flagella ſequentia oſtendat: q̄tuꝫ ſibi diſpli ceat. non eſt acceptor perſonarum: nec reſpicit cuiuſq̄ dignitateꝫ. non permiſit hominem labentem impune tranſire. Apud quoſdaꝫ tamen impios & incredulos figmenta videntur eſſe: que dicuntur de peccātib9 hominibus primis. Idcirco in hoc ſermone de iudicio

UVA. BHSC. IyR_144

dei contra hominem inobedientem dicturi: tria more solito miste
ria declarabimus ¶ Primum dicitur causalitatis ¶ Secundū Quali
tatis ¶ Tertium penalitatis.

¶ De causa pene primorum parentum: quia propria
voluntate preterierunt dei preceptum. Ca. primū

SAtisfaciendum arbitror in hoc primo capitulo eorum opinio
ni: qui primorum parentum culpam alleuiare: ymo excusare
nituntur. asserunt equidem: Si voluisset deus. non peccasset Adā.
quasi deus causa fuerit transgressionis illius. Quare ad tranquilli/
tatem cordis: opus est hic quatuor dubia disputare ¶ Primū· vtrū
deus sit causa peccati? ¶ Secundum: vtrum deus possit facere volū
tatem creatam impeccabilem per naturam? ¶ Tertium: vtruꝫ deꝰ
debuit permittere hominem inpugnari? ¶ Quartum: vtrum diabo
lus ex inuidia temptauit hominem? ¶ Ad primum dubium obicien
do arguūt aliqui: ꝙ deus sit causa peccati: & primo ex auctoritate
Isaye. xlv. ca. Ego dominus & non ē alter formans lucemꝫ: & creans
tenebras: faciens pacem: & creans malū. & Amos· iii. ca. Non est
malum in ciuitate quod dominus non faciat. & Ecclesiastici. xi. ca.
Bona & mala: vita & mors: paupertas & honestas a deo sunt. Itemꝫ
arguiť ex ratione Phi. Quicqd ē causa cause: ē causa causati: sꝫ deꝰ ē
causa liberi arbitrii: liberū arbitriū est causa peccati ergo deꝰ ē cau
sa peccati. Cōtra ista est auctoritas Agust. iii. li. lxxxiii. q. ait: Deo
auctore non fit homo deterior. Respōdet ergo Tho. i. ii. q. lxxix.
articulo primo. ꝙ homo dicitur esse causa peccati dupliciter: vno
modo directe: inclinando. s. voluntatem suam: vel alterius ad pec
candum. Alio modo indirecte: dum. s. non retrahat aliquos a pec/
cato. Ezechielis tertio speculatori dicitur. Si nō dixeris ipio: mor
te morieris: sanguinem eius de manu tua requiram ¶ Deus autem
non potest esse directe causa peccati: quia omne peccatum est per
recessum ab ordine. deus autem oīa inclinat & conuertit in semet/
ipsum: sicut in ultimum finem. sicut Dionisius ait. ii. ca. de. diuinis
nominibus. Vnde impossibile est: ꝙ sit sibi vel aliis causa disceden
di ab ordine: qui est in ipsum. vnde nō potest directe esse causa pec
cati. similiter nec indirecte. contingit enim ꝙ deus aliquibus non
prebet auxilium ad vitanda peccata: si preberet: non peccarent. sꝫ
totum hoc facit scd̄m ordinem sue sapientie & iustitie: cum ipse sit
sapientia & iustitia: vnde non imputatur quod aliquis peccat sicut
cause peccati. sicut gubernator non dicit̄ causa submersionis nauis:

UVA. BHSC. IyR_144

ex hoc q̄ non gubernat nauim: niſi quando ſubtrahit gubernationē potens & debēs gubernare. & hoc modo intelligitur dictū Apoſt. ad Romanos: primo ¶ Tradidit illos deus in reprobum ſenſum: vt facerent ea que conueniunt: inq̄tum .ſ. non prohibet eos: quin ſuū reprobum ſenſum ſequantur ¶ Reſpōdet ergo Tho. ad auctoritates in contrarium allegatas: q̄ triplex eſt malum .ſ. culpe: pene: & damni. inter que eſt differentia: quia malū culpe eſt in agendo. naꝫ peccatum eſt dictum vel factum: vl̄ concupitum contra legē dei. vt dicit Ag9. contra Fauſtuꝫ. Malum vero pene & damni eſt ī patiendo: illud eſt voluntarium: iſta inuoluntaria. Deus igitur ē cauſa malī pene: quia omnis pena iuſta: & qui contrarium aſſereret: diceret vtiq̄ ꝓpoſitionem hereticam. xxiiii. q. vl. ca. Quidam Tocilliani: ſimiliter dicendum eſt de malo damni. vnde Iob. 1. ca. Nō dixit Chaldei abſtulerūt: Sed dixit: Dñs dedit dñs abſtulit. Patꝫ hoc etiā xxiii. q. v. ca. Remittuntur: Si loquimur de malo culpe: vt predictum eſt: deus nullo modo eſt cauſa peccati. Ad rationeꝫ vero Phi. dicit Tho. q̄ effectus cauſe medie procedens ab ea: ſcd̄m q̄ ſubdit̄ ordini cauſe prime: reducitur etiam in cauſam primam: ſicut ſi miniſter facit aliquod contra mandatum domini: hoc non reducitur ī dominum: ſicut in cauſam. Similiter peccatum quod liberum arbitrium cōmittit non reducitur in deum: ſicut in cauſam. Nā licꝫ de9 dederit homini liberum arbitrium: quo poſſet peccare: etiā dedit quo nō peccaret. quare dicit Hieronimus ad Demetriadē: Vtrūq̄ nos poſſe voluit optimus creator: ſed facere tantum quod imperauit. Vnde vt peccata vitaremus: dedit angelum cuſtodem: dedit lumen rationis naturalis: dedit beneficia ſua: volens reliquas creaturas homini ſeruicium tribuere: dedit legem ſcriptā: & precepta vite. miſit in mundum vnigenitum filiuꝫ: veritatem fecit per apoſtolos predicari: cōminatur eternas penas: pollicetur futuram gloriam. & ſimilia: cum quibus omnibus hortatur omnes: ymo & precipit: vt declinent a malo: & faciant bonum ¶ Secundum dubium erat ¶ Vtrum deus poſſit facere voluntatem creatam inpeccabileꝫ per naturam? & reſpondet Anſelmus: li. cur deus homo: ſecundo. & ca. xx. q̄ non: ex eo: quia non poteſt facere creaturam eſſe deum vnde non poteſt creatura eſſe inpeccabilis: niſi ſit de9 eſſentialiter: quod eſt īpoſſibile: vel ſuppoſitaliter ſicut Criſt9. ideo dicit Hieronimus: in euangelio ꝓdigi: Solus deus eſt: in quem peccatū cadere non poteſt. & Ag9. contra Maximum: Solus deus natura ſua non

UVA. BHSC. IyR_144

potuit: nec potest: nec poterit peccare. Declarantur ista a domino Bonauentura in. ii. di. xxiiii. sic: Si liberum arbitrium creature rationalis fieret naturaliter ad malum inflexibile. aut hoc esset ꝓpter ipsius artationem ad bonum: aut ꝓpter determinationem. si ꝓpter artationem: ut sic faceret bonum: sicut lapis tendit deorsum: certe iam liberum arbitrium non esset liberum: nec opus eius esset laude dignum. & ita ineptum esset ad finem: ꝓpter quem est factum: vi delicet: ad laudis & glorie premium assequendum. Si autē inflexibile esset ad malum ꝓpter determinationem: quia sic potēs esset ꝓ ꝓpriam naturam in bonum: ut non posset deficere ī malo: sicut est de libero arbitrio diuino quod ad sola bona determinatum ē. liberū arbitriū careret vanitate ꝓ naturam suam: ergo iam nō esset creatura: nec ꝓductum ex nichilo: cum omnis creatura vanitati sit subiecta: & propterea esse inpeccabilem per naturam: proprium est solius dei. Tertium dubium fuit: Vtrum deus debuit ꝑmittere hominem inpugnari: quem prescibat in pugna deficere! & ad hoc dicit Bona. in. ii. di. xxiii. ꝙ sic decet deum administrare res: & eis ꝓuidere ut salua sit lex: quam indidit eis a primaria rerum conditōe iuxta illud Augustini: li. vii. de ci. dei. Sic deus res quas cōdidit administrat: ut vnamquāqꝫ agere ꝓprios motus sinat. Sed deus fecit hominem in vertibilitate arbitrii: & similiter diabolum. ergo si diabolus voluit hominem temptare: & homo voluit ei consentire deꝰ nullum illorum debuit impedire. insup facilius erat homini vincere aduersarium: q̃ diabolo vincere hominem: homo enim non poterat vinci nisi volens. quare pugna illa de se magis erat ordinata ad victoriam hominis: q̃ diaboli: & sic magis ad bonum: q̃ ad malum. Si ergo deus ꝑmittere debet: quod directe ad bonum hominis ordinatur: videtur ꝙ a temptatione primi hominis non erat arcendꝰ aduersarius. Adhuc voluit ꝑmittere hoc deus quia voluntariū peccatum hominis remedio carere non debebat: quod fuit dum cristꝰ filius dei misericorditer pro illo dignatus est satisfacere. ob quod ecclesia cantat: O felix culpa: que talem ac tantum meruit habere redemptorem. Accedit etiam hic permissio ad peccati alleuiationē: Leuius enim fuit peccare alio suggerente & impellente: q̃ voluntate ꝓpria incuruante. quia fortassis homo cecidisset: etiam si nū q̃ aduersarius pestifera suggessisset. Si ergo peccauit homo: imputādum est sibi voluntarie ad peccatum consentienti: nam vt dicit magister in. ii. di. xxiiii. Fuit homini adiutorium datum in creatione

UVA. BHSC. IyR_144

quo poterat manere si vellet. ¶ Illud vtiq; fuit libertas arbitrii ab omni labe & corruptela immunis: atq; voluntatis rectitudo: & oim naturalium potentiarū anime sinceritas atq; viuacitas. sed inquiūt nōnulli: potuisset ne deus qui est omnipotens voluntatem hominis vertere in bonaz? & respondet magister di. xxiii. ii. ca. i. Potuisset reuera. Cur non fecit? Quia noluit. Cur noluit? Ipse nouit. Nō debemus plus sapere q̄ oportet. ¶ Quartum dubium fuit: Vtrū inuidia motus est diabolus ad temptandum hominem? & q̄ sic ꝓbatur auctoritate scripture. dicitur enim Sapientie. ii. ca. Inuidia diaboli: mors intrauit in orbem terrarū. Sed contra hoc posset q̄s instare: primo quia omnis inuidia est respectu paris vel superioris: scdz q̄ dicit Gregorius. ii. moralium: sup illo verbo Iob: Paruuluz occidit inuidia: superioris inquit saltem scdm reputationem. sed diabolus non reputabat hominem superiorem sibi: ergo videtur q̄ ei nō inuidebat. Secūdo: inuidia est respectu boni: quod aliquo modo potest acquiri: sed diabolus non poterat peruenire ad eternam beatitudinem: quia lapsus erat irreparabiliter. ergo videtur q̄ propter illius acquisitionem non inuidebat homini. Respōdet Bonauētura: in. ii. di. xxi. q̄ mens diaboli a superbia & inuidia possessa: videns hominem in statu in quo poterat cadere sub diabolica potestate: & in quo poterat ascendere ad supernam felicitatez. ex hoc ex supbia motus est: & ex īuidia ad ipsuz temptādū. Ex superbia nāq̄: ut ipz sibi subiceret. Ex īuidia vero: vt ipsum a superna felicitate retraheret. Et superbia fuit sicut mouens primū: Inuidia vero sicut mouens proximum: & inmediatum. Esto enim q̄ nō posset dominiū super hominem acquirere: adhuc studuisset ipsum a paradisi gaudiis impedire. Ad primum ergo oppositum dicendū: q̄ inuidia nō solum est respectu superioris: eius qui est superior: sed eius qui potest esse. q̄uis autem diabolus in statu illo non reputaret hominez superiorem se: inuidebat tamen ne merito obedientie sublimaret ad statum glorie: in quo statu ipsum superiorem se non dubitaret. Potest etiam dici: q̄ tunc reputabat ipsum superiorem se. in hoc q̄ poterat peruenire ad illam gloriam: ad quam non poterat ascendere ipse diabolus. ¶ Ad secundū dubiū: q̄ nō solū inuidet aliq̄s respectu boni quod potest optinere: sed etiam respectu eius quod natus est habere: q̄uis non possit. sicut truncatus & cecus inuidet aliis visum & progressuz. licet autem diabolus non possit ad beatitudinez peruenire: tamē habet ad hoc naturalez aptitudinem. Temptauit

UVA. BHSC. IyR_144

itaq; hominem & a muliere cepit: vt patz gen̄.iii. quare autē ab ip̄a cepit & nō a viro: dicit Bonauentura. quia attendebat mulierē esse minoris sapientie: debilioris constantie: & importunioris adherē/tie: ꝓpter minorem sapientiam erat facilior ad seducendū: & ideo diabolus seductor per eam sibi voluit facere transitū ad viā. ꝓpter debiliorem constantiam facilior erat ad ꝑuertendum. & ideo dia/bolus expugnator aggressus est hominis ciuitatem: ex ea parte ex qua erat aditus minus munitus. propter importuniorem vero ad/herentiam: cogitauit diabolus: ꝙ si mulier primo uinceretur: non quiesceret: quousq; peruerteret virum.

¶ De qualitate peccati primorum parentum: & grauitate illius culpe: & remissibilitate. Capitulum secudum.

QVpiunt equidem multi declarari sibi: quod fuit illud peccatū tam grande: exosumq; deo celi: quod nō nisi morte Cristi de/leri potuit: & propter quod tam diu altissimus dominus continuit in ira misericordias suas. Vtile quippe est inspicere diligēter: q̄ sit damnosum dei mandata preterire: cum ex inobedientia vt patebit Adam deo sit factus inimicus. Ad hoc autez melius inuestigandu3 quatuor in hac parte dubia erunt declaranda. ¶ Primum: Vtrum peccatum primorum parentum fuit inobediētia? ¶ Secūdū: Vtru3 peccatum illud fuit grauissimum omnium peccatorum? ¶ Tertiu3 Vtrum grauius peccauit vir: q̄ mulier? ¶ Quartum: Vtru3 magis fuit remissibile peccatum hominis q̄ peccatu3 angeli? Et licet tria dubia posita sint in quadragesimali: in sermone de obedientia: tamē adhuc inserenda illa sensui: vt materia ista clarius ab oib9 ītelligat̄

¶ Quod inobedientia fuit peccatum Ade.

¶ Primum igitur dubium est: Vtrum peccatum primorum parentum fuit inobedientia? & ꝙ sic patet: quia Apostolus ad Ro. v. ca. dicit: Per vnius hominis inobedientiam peccatores cōstituti sunt multi. & Ag9. in li. de vera religione. Adam propter transgressionem obedientie: de paradiso deiect9 est. & idem super genesim ad lrām: Non potuit melius & diligentius cōmendari: quantum malū sit sola inobedientia: Cū ideo reus iniquitatis fact9 est homo: quia eam rem tetigit contra prohibitionem: quam si non ꝓhibitus teti/gisset: non vtiq; peccasset. & genesis. iii. ca. Dixit illi deus: Quis indicauit tibi ꝙ nudus esses? nisi quia de ligno de quo preceperaz tibi ne comederes: comedisti. Sed aliqui dicunt ꝙ fuit suꝑbia. nam Ecclesiastici. x. ca. dicitur: Iniciū omnis peccati suꝑbia est. & eiusdem

UVA. BHSC. IyR_144

xxv. A muliere sumpsit iniciuꝫ omnis perditio. & Ag9. li. de virgi
nitate. Diabolus in celo voluit esse sicut deus: cadens autem persua
sit homini similitudinem voluntatis sue. Alii auteꝫ asserunt: ꝙ fuit
Auaricia: sumendo illam large. Auaricia inqnit Gregorius super
Ezechielem: nō tantum pecunie est: sed scientie & altitudinis. Sed
mulier appetiit scientiam: quando diabolus dixit ei Eritis sicut dii
scientes bonum & malum. Nōnulli clamant: ꝙ peccatum illud fuit
gula. Vnde Ambrosius. xxxv. di. ca. Sexto die. ait: Gula regnantē
a paradiso expulit. & idem in hymno quem cantat ecclesia. De pa/
rentis prothoplausti fraude facta condolens: quando pomi noxia/
lis morte morsu corruit. Ipse lignum tunc notauit: damna ligni vt
solueret. & Hieroni9. contra Iouinianum: Sollicite prouidendum
est: vt quos saturitas a paradiso expulit: esuries reducat. Respōdꝫ
dominus Bona. xxii. di. ii. ꝙ principale peccatum hominis: ꝓpter
quod lapsus est: fuit inobedientia. & ad hanc diabolus conatus est
illum adducere. Sed quoniam nemo operatur ad malum aspiciens:
nec appetit malum: nisi sub specie boni. ideo clare deprehēdēs dia/
bolus: ꝙ non posset muliereꝫ precipitare: nisi proponeret aliquod
appetibile: illa temptādo p̄posuit: ad que omnis homo naturaliter
inclinatur. Omnis uero homo naturaliter appetit beatitudinem: q̄
est bonum: copiosum. gloriosum: & deliciosum. vnde omnis homo
naturaliter appetit excellentiam: sufficientiam: & letitiam. & ī ap
petitu ordinato talium consistit iustitia. in inmoderato vero culpa
Gula enim est appetitus inordinatus cibi suauiter reficientis. Aua
ritia est inordinatus appetitus sufficientie. Superbia est īmodera/
tus amor excellentie. Diabolus ergo primo ꝓmisit mulieri dignita
tis excellentiam: cum dixit: Eritis sicut dii: Secūdo cognitionis ha
bundantiam: cū addidit: scientes. Tertio suauitatis experientiam:
cum ostendit lignum pulchrum: & ad vescendū suaue. Ideo mulier
in appetendo primum: fuit superba. Appetēdo secunduꝫ: fuit aua
ra. Et tertium: gulosa. & in hoc fuit transgressionis rea. & sic Adaꝫ
a muliere stimulat9: comedit de pomo: nō ꝙ crederet: ꝙ esset de9:
sed ne contristaret Euam: vt dicit Ag9. sup̄ genesiꝫ ad lit. Nec est
inconueniens plura genera peccatorum concurrere ad vnuꝫ flagi/
cium ꝑpetrādum. Naꝫ preter dicta: mulier peccauit peccato men
dacii. quando dixit serpenti: ꝙ deus preceperat: ne pomum come/
derent: neqꝫ tangerent. de tactu vtiqꝫ preceptum non acceperant:
sed hoc addidit in displicētiaꝫ precepti: Vt dicit Nico. de li. Quare

UVA. BHSC. IyR_144

concluditur ꝙ principale peccatum Ade & vxoris eius inobedien tia fuerit: & ex consequenti crimen lese maiestatis: de quo Ag9. li. xiiii. de ci. dei. ca. xii. ait. Non debet extimare quisq̃ leue ac paruū illud fuisse cōmissum: quia in esca factum est. non quidez mala nec noxia: nisi quia ꝓhibita. Nec enim quicq̃ malī in illo tāte felicitatis paradiso deus crearet atq; plantaret: sed obedientia comendata est in precepto: que virtus in creatura rationali mater est quodāmdo omnium: custosq; virtutum. Hoc itaq; de vno cibi genere non edē do: vbi aliorum tanta copia subiacebat: presertim cum nondum vo luntati cupiditas resistebat: quod de pena trāsgressionis postea sub secutum est: tam leue preceptum ad obseruandū: tam breue ad me moriam retinendum: tanto maiore iniustitia violatum est: q̃to fa/ cilīore posset obseruantia custodiri. hec Ag9. ex cui9 verbis depre hendimus: q̃ graue fuerit primorum parentum peccatuz. Nec mi rum: quoniam si pater indignatur filio: & dn̄s subdito inobedīēti: quanto magis pater misericordiarum: & dn̄s celi & terre moleste ferre debuit: dum preceptū suū de facto vidit cōtemni & p̄teriri.

¶ Secundum dubium erat: Vtrum peccatum illud fuit grauissimū omnium peccatorum? Et respondet Bona. in. ii. di. xxi. & xxxiii. ꝙ vnum peccatum potest dici grauius altero duodeciz modis: Pri mo causalitate: & sic peccatum diaboli est maximum: cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum. Secundo enormitate: & sic pec catum Iude. ¶ Tertio ingratitudine: & sic peccatum illi9: qui plura suscepit dona & bn̄fitia. Quarto periculositate: & sic peccatū igno/ rantie. Quintum inseparabilitate: & sic peccatum auaritie. Sexto importunitate: & sic superbia: que ex ipsis bonis operibus consur/ git. Septimo pronitate: & sic luxuria. Octauo: maioris gratie im/ pugnatione: & sic peccatum in spiritū sactum. Nono: maiori offen sione: & sic ydolatria. Decimo: ratione maioris libidinis: & sic cu/ iuscumq; generis peccatū potest fieri maius altero. Vndecimo: ge neralitate: & sic peccatum primi parentis dicitur fuisse mai9: quia in totum genus humanum se diffudit. Duodecimum: ratione faci/ litatis resistendi. Et sic dicit magister in textu: ꝙ peccatum Ade fuit grauissimū. Quia vt dicit Ag9. li. xiiii. de ci. dei: Magna fuit in peccando iniquitas: vbi tanta fuit in non peccando facilitas.

¶ Tertiū dubiū fuit. Vtrum grauius peccauit vir: q̃ mulier? & re/ spondet Bonauentura: ꝙ si loquamur de grauitate: quantum ad in gratitudinem: grauius peccauit vir: quia copiosiora dona suscepit.

UVA. BHSC. IyR_144

¶ Si autem loquamur quantum ad libidinē magis peccauit mulier: quia cum magis improba voluntate: dum cupiuit deo assimilari: & credidit. Si vero loquamur ad corruptionem: distiguendum: quia aliquid dicitur corrumpere dupliciter: Aut p modum causę: Aut per modum occasionis: Si primo modo sic: quia peccatum viri fuit causa trāsfusionis in posteros: & ita corrupit se & alios: maior consequuta est ex peccato viri corruptio: & ideo eius culpa fuit grauior. Si per modum occasionis: sic: quia peccatum mulieris fuit occasio peccati viri: & ita per consequens omnium aliorum. Hoc modo mulier potest dici ceteros corrupisse: non solum posteros sed etiam virum suum. vnde non solum peccauit in se: sed etiam in proximū. & quantum ad hoc peccatum eius fuit grauius: q̄ peccatum viri.

¶ Quartum dubium fuit: Vtrum magis fuit remissibile peccatum hominis: q̄ angeli? Et respondet Alexander in tertio summe: q̄ sic & congruentia sumitur ex tribus ¶ Primo ex libertate arbitrii. ¶ Secundo ex cōditiōe nature ¶ Tertio ex qualitate peccati. Primo: ratione liberi arbitrii fuit magis remissibile peccatū homis q̄ angeli. scdm enim Aug. & ponitur a magistro. xxiiii: di. ii. In libero arbitrio est facultas voluntatis & rationis: tam in homine: q̄ in angelo. verūtamen differenter: primo quantum ad voluntatem quia liberū arbitriū hois ante electionem volūtatis & post electiōz se habet mutabiliter. liberum arbitrium angeli ante electionem se habet mutabiliter: & post electionem imutabiliter. & hac ratione in summo gradu: liberum arbitrium est in deo. In infimo in homine. in angelo vero medio modo se habens. Quare deus de necessitate imutabilitatis semper elegit bonuz: homo potest eligere bonum & malum: & iterum bonum. Angelus autem tantum semel potest eligere. & ideo quicquid elegit non potuit detestari. ex quo nō potest penitere: neq; per penitentiam culpaz delere: que est detestatio mali: & ita relinquitur: q̄ culpa eius non potest remitti sicut remittitur illa hominis. Item q̄tum ad proprietatē rationis: differt liberum arbitrium in homine & in angelo. quia sicut dicit Dyonisius: Dei intellectus angeli firmi9 est: & hoc est quia supra tempus. & ita accipit totū simul: & nō post hoc illud: vel hoc ex illo. & ideo dicitur angelus intellectualis substantia. sed intellectus hominis ē in tempore: & ita conferendo accipit. vnde non accipit totum simp̄ sed vnum post aliud: & vnum ex alio: sicut ex premissis conclusiōz. & ideo hō dicit rationalis substantia. quia ratio est virtus collatiua

UVA. BHSC. IyR_144

vnius ab alio. qualis est ergo comparatio simplicis ad compositum: & puncti ad lineam in essendo: talis est comparatio intellectus angelici ad humanum in intelligendo & iudicādo. Cum ergo iuditiuꝫ fiat ab intellectu: patet ꝙ angelus scd̄m statum sue conditionis iudicat de re tota simul: & nō in tempore. & iudicando de ipsa: videt eam totam simul: ergo certissime iudicat: sed ergo peccat in iudicādo: patet ꝙ peccat ex certissima malitia. & sic nullo modo potest excusare: ergo eius peccatum est irremissibile. Non sic autem est de homine: vnde cum totam rem non simul videat: potest decipi in iudicio suo. & ita cum peccatum eius aliquo modo possit excusari: nō est irremissibile: vnde genesis. vi. dixit deus. Non permanebit spiritus meus: idest indignatio mea in homine ineternum quia caro ē ¶ Secunda ratio ¶ Secundo peccatum hominis fuit magis remissibile: q̄ peccatum angeli ratione nature. vt enim inquit Anselmus: li. Cur deus homo. per alium hominꝫ qui non esset sui generis hō non debuit liberari & repararī. Et cum nō omnes angeli sint vnius generis: patet ꝙ non fuit possibilis reparatio in angelo sicut in homine ¶ Tertia ratio ¶ Tertio peccatum hominis fuit magis remissibile ratione qualitatis peccati: attendendo in peccato tria. Primo genus. Secundo circūstantiam ¶ Tertio occasionem ¶ Primo attendendo genus: Tam angelus q̄ homo peccauit. per superbiam: sed differenter. Homo enim appetiit scientiam dei: Sed angelus omnipotentiam. Omnipotentia autē dei nō est cōmunicabilis alicui creature. vnde Cristus scd̄m ꝙ homo non habuit omnipotentiā: sed bn̄ omnium scientiam. Quia ergo summa inordinatio est appetere illud ad quod nullo modo creatura est ordinata. homo autē erat ordinatus ad scientiam quam appetebat: ideo peccatum hominis fuit remissibile: non angeli ¶ Secundo attendendo circūstantiam peccati patet differentia. Naꝫ in Adam fuit aliqua ignorantia. quia peccatum quod erat mortale: credidit veniale: sicut dicit Ag9. Vnde non tantum credidit peccare quantum peccauit. Angelus autē nō habuit ignorantiam in peccando. Item homo habuit ꝓpositum penitendi & petendi veniam de peccato quod credebat veniale: Angelus autem non. & ꝓpter hoc peccauit in spiritum sanctuꝫ: homo non ¶ Tertio attendendo occasionemꝫ peccati: patet: quia homo nō peccauit seipso sed alio mediāte. s. vxore. vxor etiaꝫ suasa fuit a serpente. Insuper in vno homine erat tota species humana: non adhuc multiplicata: sed multiplicanda in aliis. Sed in angelo peccante nō

UVA. BHSC. IyR_144

erat tota natura angelica: & ꝓpter hoc diuine iustitie cōgruū fuit: vt non statim iudicaret hominez: q̃ cito peccaret: donec species humana multiplicaretur: & maxime numerus electorum.

¶ Quod duodecim penis punitum est genus humanum: propter peccatum primoruz parentū. Capitulū tertiū.

ET si cotidie in nobisipsis experiamur: q̃ miserabilis facta sit humana conditio: propter lapsum primorum parentum: verūtamen vt vehementius excitetur animus ad timorem: de penis quas humanum genus incurrit: propter transgressionē diuini precepti. In hoc tertio misterio flebiliter disseremus. Deus namq; iusto iudicio quadruplici pena voluit Ade peccatum punire. ¶ Prima dicitur spiritualis. Secūda: corporalis ¶ Tertia tēporalis ¶ Quarta eternalis.

¶ De triplici pena spirituali quam incurrit humanum genus: ꝓpter lapsum primorum parentum. ¶ Et primo de perditiōe iustitie originalis.

¶ Prima pena qua puniuit deus peccatū Ade fuit spiritualis: & hec triplex. ¶ Prima dicitur: iustitie originalis perditio. ¶ Secunda anime maculatio. ¶ Tertia: donorum spiritualium diminutio.

¶ Prima pena spiritualis fuit: iustitie originalis perditio. De hac dicit Nicolaus de lira: sup. v. ca. ad Ro. Iustitia originalis est quedā humane nature rectitudo: scdm quam corpus erat anime subiectū & vires inferiores rationi: q̃diu aīa subdita erat suo creatori. Hec autem iustitia erat quoddam donum supernaturale datum homini a deo: per quod ipse homo erat totaliter subiectus deo: quantuz ad rationem: Rationi vero erant subiecte vires inferiores. s. irascibilis & concupiscibilis. hanc iustitiam vocat Salomon rectitudinem: quando dicit Ecclesiastes. vii. ca. Inueni q̃ deus fecit hominē rectū. ¶ Ista ergo iustitia vt dicit Landulfus in. ii. di. xxix. ordinabaī respectu dei: vt plena obedientia exibereī ei. deinde respectu sui: ut perfecte faceret inferiores potentias sequi motum recte rationis & volūtatis. deinde respectu proximi: vt redderet vnicuiq; quod suum erat: & debitam condilectionem. ¶ Addit Landulfus: q̃ erat in voluntate sicut in subiecto: quia si iustitia moralis est in voluntate scdm Arist. v. ethicorū: non minus originalis iustitia. & ideo nō tenetur opinio eorū qui dixerūt: q̃ erat in appetitu sensitiuo: quia illa iustitia fuit habitus preceptiu9: non obeditiu9. fuit enim data ad prompte inclinandum voluntatem: & vt intense & dominatiue

UVA. BHSC. IyR_144

precipet. De hac dicit Tho. prima pte. q. centesimaprima. ꝙ ex eo ꝙ fuit donū diuinitus datum toti nature: Idcirco filii parētibus aſ similati fuiſſent quantum ad originalem iuſtitiam. O q̄ grauis fuit hec iactura donum tale perdidiſſe: cui9 vtiꝙ perditione etiā ſancti cum tot aſperitatibus & caſtigationibus ac mortificationibus car/ nis: concupiſcentiam vix ſuperare potuerunt. Clamabat Paul9 ad Ro. vii. Video aliam legem in menbris meis repugnantē legi mē/ tis mee. Si non peccaſſet Adam: non erat opus cū tot ieiuniis: diſci plinis: vigiliis: & laboribus acquirere regnum celorum. O Adaꝫ quid feciſti: cum non obediſti voci dei. Ecce ꝓpter culpam tuā ꝓdi ta eſt tibi: & omnibus a te deſcendentibus originalis iuſtitia ¶ Ideo dicit textus gen ¶ Aperti ſunt oculi eorum. Nic. de lira. ſ. ad cogno ſcendum ſuam nuditatem eſſe confuſibilem: que pri9 erat honeſta: quia ſubtracta iuſtitia originali: ſtatim ſenſerunt rebellionem car/ nis: ad ſpiritum & motum inordinatum menbrorum. Ideo ſtatim ſtuduere cooperire ſuam nuditatē & turpitudinē. & vt dicit text9 conſuerunt folia ficus. & hoc dicunt hebrei: ꝙ ficus fuit arbor: ex cui9 fructu comederunt. & fecerunt ſibi perizomata. i. ſuccincto/ ria circa lumbos ¶ Nota tamen ſcd̄m doctores modernos: vt dicit Landulfus in. ii. di. xxix. ꝙ iuſtitia originalis non fuit habit9 gra tie gratum facientis: ex eo ꝙ primus homo nō fuit creatus cuꝫ gra tia gratum faciente. vt magiſter dicit in littera preſentis nomina/ te diſtinctionis: ꝙ creatus fuerit cū iuſtitia originali. Tamē anteq̄ peccaret: habuit gratiam gratum facientem. Fuit enim tribus ho ris in ſtatu innocētie: quia fuit creat9 hora ſexta: & expulſus hora nona. In iſta morula fuit ſibi collata gratia. quia Greg. & Damaſ. quos magiſter adducit in textu dicunt: ꝙ primus homo fuit in cari tate: & fuit cōiunctus deo: & donis mirandis preditus. ergo ſi ca/ ritatem habuit: habuit gratiam quia idem ſunt.

¶ Secunda pena ſpiritualis quam incurrit Adam ꝓpter inobediētiā illam: dicitur anime maculatio. Tho. prima ſecunde. q. lxxxvi. ar ticulo. i. Macula ꝓprie dicitur in corporalibus: quādo aliquod cor pus nitidum perdit ſuum nitorem · ſic macula fuit anime Ade. Nā innocentia perdita mortali peccato facta fuit obnoxia: & quod hiꝫ grauius eſt: Omnes ab Adā deſcendētes (Criſto dūtaxat excepto quia fuit deus & homo) cum ſorde originalis culpe naſcuntur: que eſt culpa contracta: & ſi non acta. Omnes inquit Apoſt. ad Ro. v. in Adā peccauerunt. De hac vero materia diffuſi9 loquar ī ſermōe

UVA. BHSC. IyR_144

pro feſto conceptionis virginis glorioſe ¶ Tertia pena ſpiritualis dicitur donorum ſpiritualium diminutio ¶ Sequitur ex conſequenti: ꝙ poſtq̃ iuſtitiam originalem & gratiam gratum facientē Adā amiſit: non cum illa dulcedine deum contemplabat̃ ſicut prius: nec gaudebat eius conſcientia intrinſecus guſtibus rerum diuinarum: Nam licet deum per eſſentiam non viderit: vt dicit Tho. 1. pte. q. xciiii. & Bon. in. ii. di. xxiii. vidit tamen deum per ſpeculum clarū & per apparitionem in aliquo ſigno: ſeu in ſubiecta creatura: ſic potuit letanter vidiſſe angelos: in corporibus aſſumptis apparentes ſibi. Ex quibus omnibus ſuauiſſime reficiebatur in mente. que tamen poſt illam tranſgreſſionem in eo fuerunt diminuta.

¶ De punitione corporali.

¶ Secunda pena qua punitum fuit Ade peccatū dicitur corporalis: & hec eſt triplex ¶ Prima dicitur contrariorum actio ¶ Secunda: laborioſa vite ſuſtentatio ¶ Tertia: mortis ſubiectio.

¶ Prima pena corporalis eſt contrariorum actio: Si enim Adam ſtetiſſet: que nunc homini contrariant̃: minime illū ledere potuiſſent ſi in ignem fuiſſet proiectus: ipſum non combuſſiſſet. ſi in aquā fuiſſet inmerſus: ipſum non ſuffocaſſet. & ſimilia. & hoc vtiq; euenirent per dei prouidentiam: que ſic actiuorum actū ſuſpendiſſet: ꝙ impaſſum minime agerent. De hac impaſſibilitate: & duab9 penis ſequētibus: copioſius tractaui in q̃drageſimali: in ſermone de vita: Ideo in hoc loco iſta breuiter percurro ¶ Secūda pena corporalis eſt laborioſa vite ſuſtentatio ¶ Dictum equidem fuit homini genē. iii. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Si non peccaſſet: non erat op9 tot laboribus: tot artibus: tot induſtriis acquirere victum: & tegumentum ¶ Vnde Ag9. li. xiiii. de ci. dei: ca. xxvi. ait. Viuebat itaq; homo in paradiſo ſicut volebat: q̃diu hoc volebat: quod deus iuſſerat: viuebat fruens deo: ex quo bono bonus erat. viuebat ſine vlla egeſtate: ſic ſemper viuere habens in poteſtate. cib9 aderat ne eſurire: potus ne ſitiret: lignū vite: ne illuz ſenecta diſſolueret: nichil corruptionis in corpore: vel ex corpore vllas moleſtias vllis eius ſenſibus ingerebat. nullus extrinſecus morbus: nullus ictus metuebatur extrinſecus. ſumma in carne ſanitas erat. in animo tota tranquillitas. hec ibi ¶ Igitur omnes dolores parturientium: omnes ſudores laborantium: agricularum: artificum: & quorūcūq; omnia mala egrotantium & infirmorum: que nec libris medicorū cuncta reprehenſa ſunt. omnia deniq; hui9 vite pericula a culpa primoruz

UVA. BHSC. IyR_144

parentuꝫ deriuantur. ¶ Tertia pena corporalis est generalis mortis subiectio: propter peccatum etenim primorum parentuꝫ mors dominatur in omnibus. vnde Ag9 li. xiii. de ci. dei. ca. iii. ait: Fatē dum est primos homīes ita fuisse institutos: ꝙ si nō peccassent: nullum gen9 mortis experirētur. Sed eosdē peccantes primos ita fuisse morte mulctatos: Vt quicquid eorū stirpe esset exortū: eadē pena teneretr̄ obnoxium. Pro magnitudīe quippe culpe illius naturā damnatio mutauit in peius: vt qđ penaliter precessit in peccātib9 primis: naturaliter sequeretur in nascētib9 ceteris.

¶ De tertia pena corporali.

¶ Tertia pena qua punitū est peccatū primorū parentū dicit̄ temporalis: et hoc triplititer. Prima est: A paradiso expulsio. Secūda Animaliū rebellio ¶ Tertia: Subiectionis introductio.

¶ Prima pena fuit. A paradiso expulsio: Vt enim habetur Gen̄. ii. Plantauerat aūt domin9 deus paradisum voluptatis a principio: id est a principio creature: scđm expositionē Magistri in Istoria scolastica. s. cum apparuit arida: et germinare terram fecit. Vel a principio. i. a prima parte orbis idest ad orientē. Nā vt dicit Tho. prīa ꝑte. q. cii. Conueniēter in ꝑte orientali dicit̄ situs. quia credēdū est ꝙ in nobilissimo loco tocius terre sit constitut9. Cum aūt oriens sit dextera celi scđm Arist. ii. de celo et mūdo. Dextera aūt est nobilior q̄ sinistra. Conueniens fuit vt ī oriētali ꝑte paradisus ille īstitueretur a deo. De hoc paradiso sic ait Damas. li. ii. ca. xi. Paradisus ī oriēte positus est: omī terra excelsior: temperato tenuissimo ac purissimo aere fulgens: plantis semper floridis comatus: bono odore plenus: lumineq̄ repletus. Isidorus. li. xiiii. ethimo. Idem dicit ī sententia. Et Ag9. viii. sup Gene. ad lrām. Tres inquit sunt de paradiso generales sentētie. Vna ē eorū qui tātūmō corporaliter volunt intelligi. Alia ē eorū qui spiritualiter tantū: Tertia eorū q̄ vtroq̄ modo paradisum accipiūt: quam michi fateor placere sententiam. Et in. xii. de. ci. dei. Que comode dici possunt de intelligēdo spiritualiter paradiso nemine ꝓhibente dicantur: dum tamen et illius historie veritas fidelissima rerū gestarū narratiōe comēdata credātur. Tria enim que de paradiso in scriptura dicūtur: per modū narratiōis historice ꝓponūt̄. In oībus aūt que sic scriptura tradit. est pro fundamēto tenēda veritas historie. Et desuper spirituales expositiōes fabricande. Hec. Ag9. Ad hunc paradisum translatus est Enoch. Vt habetur. Ecclesiastici. lxxxviii. ca. Et Helias: Vt patꝫ

UVA. BHSC. IyR_144

iiii·Re·ii·ca·Ambro·in exameron.&Basilius in exameron dicūt· ꝙ positus est in altissimo monte: de cui9 cacumine cadūt aque: cum tanto strepitu: ꝙ omnes circa habitātes fiunt surdi: et faciunt aque lacum· ex quo progrediūtur quatuor flumina· Verū tamen ut dicit· Tho·sequēdo·Ag9·viii·sup·Gen·ad lrām·Locus ille secluſ9 est a nostra habitatione aliquibus impedimētis vel montiū: vel mariū: vel alicui9 estuose regionis: q̄ pertrāsiri nō potest: & ideo scriptores locorū d̄ hoc loco mēsionē nō fecerūt. Ad nostra igitur redeuntes· Magister ī historia scolastica dicit· ꝙ homo condit9 ē ī agro Damasceno et inde tulit eum deus: et posuit eū in paradisuꝫ. Ratio scd̄m· Tho· est· qa paradis9 fuit locus congruus habitatioīs humane: q̄ntū ad īcorruptionē primi status· Incorruptio aūt illa nō erat hominis scd̄m naturā· sed ex supernaturali dei dono ¶ Vt ergo hoc gratie dei imputaretur et non humane nature: Deus hominem extra paradisum fecit: et postea ī paradiso posuit· Vt ibi habitaret toto tempore aīalis vite· postmodum cum spiritualem vitam adept9 esset: trāsferret̄ in celum· Ibi ergo vt dictum est paulo ante tribus horis creditur Adam traxisse moram: In qua diuini mādati transgressor iuentus est: et a paradiso cum pellicea tunica turpiter eiectus: missusq̄ est cum vxore sua in banc vallem lacrimarū.

¶ De perditione dominii animalium

¶ Secunda pena temporalis: qua punitum est primorum parentū peccatum dicitur animalium rebellio· De quibus dicit domin9· Bo in·ii·di·xv·ꝙ aliter ordinātur animalia ad hominem scd̄m statum innocentie: Aliter scd̄m statum nature lapse· In statu īnocentie ordinabantur scd̄m rationē quadruplicē: Prima ratio ad manifestandum hominis inperium: quod manifestarent: dum ei per omnia obedirent· Secunda: ad decorandum hominis habitaculum: animaliū multitudine non solum arborum· Tertia: ad excitandum hominis sensum: vt in ipsorū animalium naturis diuersis videret homo multiformem sapientiam dei· Quarta· ad mouendum hominis affectū vt videns illa deo subiecta et sibi: ipse deum amaret· Secundū vero statum nature lapse ordinātur animalia aliter ad hominē· Iumēta·n.& pecora ordināt̄ ad releuādum hominis indigentiam: quantum ad cibum: quantum ad vestitū: quantum ad obsequium: et quātum ad solatium· hec pro maiori parte sumpta sūt ex dcīs· Augustī iii·super·Gen·āte peccatum itaq̄ omnia animalia sub homīs erant potestate: omnes volucres celi: et omnes pisces maris· Vnde deus

UVA. BHSC. IyR_144

dixit·gen̄ 1·ca·Dominamī piscib9 maris:et volatilib9 celi & vniuer sis animalibus que mouentur super terram·Ex quo vt dicit·Tho· prima pte·q·xcvi·Naturaliter homo domin9 est omnium animali um·Ideo primo politic·dicit. Arist·q̄ venatio est quasi quoddā iust tum bellum quod vtiq̄ non expediret·si Adam nō peccasset¶Verū tamen somnia hec videntur plerisq̄: qui facile seipsos confundere: vl̄ corrigere:qd̄ meli9 ē:possunt si amicorū dei & sanctorū virorū exempla inspicere velint. Refert nāq̄ Hieronimus in vita Pauli primi heremite:Quod coruus diebus singulis dimidiū panem pau lo deferebat·& dū Anthoni9·ad illū visitandum se cōtulit:itegrū vt vtriq̄ sufficeret apportauit·Insuper dū Anthoni9 post illi9 feli cem transitum corp9 vellet sepelire:superuenientib9 leonib9.et mā suetissime fodentibus terram:id fecit ipe adhuc·Hieronimus.leo/ nem ferotissimum in monasterio velut agnum mansuetum retinu it·At et franciscus noster lupum apprehendit in ciuitate Eugubii qui multos homines occiderat:et cum obedientia multa lupus frā/ ciscum secutus est·Qui mandato eius biennio superuiuēs:mansit cū hominibus et pueris et canibus:neminem vltra ledēs· Sanctus ad huc pontifex Siluester draconem igentem ferreo anulo impositο in naribus eius sine aliquo nocumento in vrbe maxima ligauit·De leonibus iterum legimus q̄ Danielem seruū dei non offenderunt· Nam vt dicitur Danielis·xiii·ca·fuit ipe in lacu·i quo erant septē leones diebus septem:quibus dari consuetum erat cotidie duo cor pora:et due oues:et tūc non data fuit eis vt deuorarent Danielem qui tamen protegente se deo liber cum leonibus habitauit

¶Quod subiectio violenta est ꝓpter peccatum

¶Tertia pena temporalis fuit Subiectionis introductio·Si non peccasset hō :tunc homini hō non subiceretur·Verūtamen vt acci/ pi potest ex dictis sancti Tho·prima parte.q·xcvi.duplex est sub iectio:vna violentie:altera ordinis et reuerentie·Prima non fuiss̄ in statu innocentie:quia penalis est et dura.Secūda vero que nemini nocet fuisset in illo statu:quia reuerenter et cū amore filii fuissent subditi parentibus suis:vxores maritis:et iuuenes senib9:etsimilia.

¶Quod non essent tot damnati si non peccasset Adam

¶Quarta pena qua punitum est peccatum primorū parentū dicit̄ eternalis·Nam illud peccatū punitur pena eterna tripliciter.Pri mo in puulis¶Secundo in infidelibus¶Tertio in damnatis omnib9 ¶Primo illud peccatū punit̄ pena eterna.In puulis:qui i solo origina

UVA. BHSC. IyR_144

li decedunt·Omnes quippe tales ineternum priuabunt̃ viſione dei vt dicit magiſter in.ii.di.xxxiii·De hac materia et ſequenti de infi delibus dixi in quadrageſimali.Secundo illud peccatum punitur in infidelibus pena eterna.Omnes quippe infideles in ſua ifidelitate morientes eternaliter damnati puniẽtur in iferno:nec vera.nec te nenda:ymo velut heretica reiciẽda eſt opinio eorũ qui dicunt vnũ/ quemqꝫ in ſua fide ſaluari¶Vnde ſcribit̃ extra de ſumma trinitate et fide catholica.ca.primo.vna eſt fidelium vniuerſalis eccleſia:ex tra quam nullus omnino ſaluat̃¶Tertio punitur peccatũ primorũ parentum in damnatis omnibus.Tenent quidẽ aliqui:qꝫ ſi ſtetiſſet homo i ſtatu innotentie:ſoli fuiſſent nati:qui modo ſũt electi.Hoc videt̃ aſſerere.Gregorius qui in quarto moraliũ.ca.xxv.ait·Si pa/ rentẽ primũ peccati nulla putredo corrũperet:nequaq̃ filios per / ditionis generaſſet.Sed illi qui nunc per redemptorẽ ſaluandi ſunt ſoli ab illo electi naſcerentur¶Et ſi diceretur.qꝫ multi electi nati ſunt de parentibus damnatis:ergo illi parentes fuiſſent nati.Reſ/ pondet.Landulfus i.ii.ſuo.diſtictione.xx.qꝫ iſti electi fuiſſent ge niti ex illis parentibus electis.Quare autem deus ꝑmittat tot ho/ mines naſci:quos ante ſecula vidit fore damnandos.& quia criſtus qui miſericorditer venit in munduin.et ſuo precioſo ſanguine nos redemit tam grandi periculo:tot hominum perditorũ non obſiſtit et ſimilia:non eſt noſtrum inueſtigare.Sed potius vnuſquiſqꝫ time re debet:ne ꝓpter ſua volũtaria ſcelera et delicta deputet̃:cum dã natis aliis igni gehenne.& ideo ſtudeat operam dare:vt per petitẽ/ tiam et virtutis opera numero electorum aſcribatur.Sicqꝫ poſſide at eternum regnum:in quo criſtus cũ ſuis omnib9 viuit & regnat in ſecula ſeculorum.

¶Sermo ſeptimus.De iudicio dei contra mundum laſciuiẽtẽ quando diluuio perdidit homines peccatores.

QVam terribilia nimis ſint iudicia dei:preter ea que de ã gelis ruentibus et peccantibus hominibus primis enar rata ſunt:oſtẽdit adhuc nobis diluuiũ illud generale:qd̃ inũdauit temporibus.Noe.quo paucis dumtaxat excep tis deleta ẽ omis caro.Extendit vtiqꝫ tunc.Rex celorum potẽtiſſi mum brachium ſuum:et contriuit ſuperbiam hominum malo rum Nec inuentus eſt quiſpiã:qui valuerit effugere furorẽ illius.Om

UVA. BHSC. IyR_144

nes perierunt: omnes suffocati sunt in aquis inundantibus. Qua de re vt efficacius timor domini ingeratur cordibus nostris: statui in hoc sermone de iudicio dei contra mūdum lasciuientē disserere. Dicamq; q̄d veraciter i scripturis de diluuio: quo carnales homīes puniti sunt cōtinetur. neq; prout in textu biblie singula posita sunt explicabimus: sed quedam principalia tamen pertractabim9 eo ordiē quo in hoc dicendi genere auditorib9 facilius veritatē persuadere possim9 ¶ De diluuio igit̄ locuturi: tria misteria declarabimus.

¶ Primum dicitur temporalitatis ¶ Secundum causalitatis ¶ Tertium terribilitatis.

¶ De temporibus circa diluuiū considerādis ¶ Primo de annis qui fluxerunt ab Adam vsq; ad diluuium. Ca. primum.

PRo ampliore dicendorū notitia: ad tempus diluuii: animū in hac pte vertem9: distinguemusq; quatuor tēpora cōsideranda ¶ Primū tempus: mundialis durationis ¶ Secūdum Retardate generationis ¶ Tertiū diuturne expectationis ¶ Quartum: Mensis determinationis.

¶ Ab Adam vsq; ad diluuium anni duo milia ducēti quadraginta duo

¶ Primū tempus cōsiderandum circa diluuiū: dicitur mūdialis durationis. In quo licet scire: quot anni exacti sunt a principio mundi vsq; ad diluuiū. Et scd̄m Iosephum: & magistrum in historia scolastica ab Adaꝫ vsq; ad diluuiū fluxerūt āni duo milia quingenti quinquagintasex. Scd̄m vero Hieronimum: Eusebium: & septuaginta interpretes: & omnes tam grecos q̄ latinos. fuerunt anni duo milia ducenti quadraginta duo. Pro hac differētia ānorū non debet quis turbari: potissimū quia anni a diuersis diuersimode computantur.

¶ Est enim annus maximus: de quo dicit Macrobius: secūdo libro super somnū Scipionis. & Tulli9. li. ii. de natura deorū: & in. vi. de republica: qd̄ cōpletur cum sol et luna & omnia sidera firmamenti ad eundeꝫ locū: vnde semel profecta sunt redierint. Hūc ānū Varro confici conscripsit in quadraginta milib9 annis. Et dicit Ag9. li. xii. de. ci. dei. Platonici vero in quideciꝫ milib9 ānis: ꝓut refert Macrobius li. ii. sup somno Scipionis. Ptholome9 vero ī li. Almagesti dixit Annū maximū compleri in trigintasex milibus annis. Sed Restaurus modernus philosofus & Astrologus: in. primo li. de causis esse mundi dixit q; stelle fixe et erratice mouentur versus orientē quatuor gradibus: nec vlterius: & post retrogradando aliis quatuor

UVA. BHSC. IyR_144

gradibus retroredeũt: & motus iſte nũq̃ ceſſat ab hoc ordine. Qua re celuz nũq̃ faciet operationes tales: quas ſemel fecit: cum ſemper tendit ad producenda noua: ꝓpter maiorem nobilitatem & perfe ctionem ipſius. Ideo nec annus maximus poteſt poni. Eſt ann9 ſo/ laris: qui duobus modis accipitur. vno modo: prout eſt ann9 reuo lutionis: prout ſcribit Ptholomeus li. iii. Almageſti. i. ca. ¶ Eſt tẽp9 motus ſolis: quo ſol ſemel circuit duodecim ſigna zodiaci: redeũdo ad primum punctum ſui circuli: quod quidem fit in trecentis ſexa gintaquiq; diebus: & ſex horis. ¶ Ann9 vero vſualis tribus cõtinuis annis continet dies trecentos ſexagintaquiq;. Sed quartus annus q dicitur biſſextilis perficitur in trecentis ſexagintaſex diebus. nam ille ſex hore que ſupabundant a trecentis ſexagintaquiq; dieb9: nõ computantur in tribus prioribus annis: ſed in quarto cõſtituũt vnũ diem: & vocatur ann9 biſſextilis. & ſi ſic ſex hore non intercalarẽt in quibuſlibet quatuor annis: ſucceſſu tẽporis variarentur princi pia & fines temporum: & ſolemnitates que ſunt in hieme: reperirẽ tur in eſtate. Quare ſancta mater eccleſia ſingulo quadriennio acce pit diem vnum: qui vocatur biſextus quaſi ex bis ſex horis collect9 & per hũc biſextũ ſtant firma in Kalendario principia & ſolemni/ tates temporum. Eſt adhuc annus lunaris: continens duodecim lu nationes: quarum quelibet continet dies vigintinouem cum dimi/ dia. Ergo dies huius anni ſunt tricenti quinquagintaquatuor: eſtq; minor ſolari diebus vndecim: ſeu qñ eſt biſextus duodecim. ¶ Quid plura? Annus vt prediximus apud varias nationes diſpari numero per multa ſecula fluctuauit. & vt cõmemorat Ag9. li. xv. de ci. dei & Plinius li. vii. de naturali hiſtoria: Egiptii quatuor menſib9 an num terminabant. Archades tribus. Acharnane ſex. Latini trede cim. Ex quibus nullum fit preiudiciũ hiſtorice veritati: ſi inter ſcri ptores rerum geſtarum de numero annorum tanta ſuborta videa tur differentia. Aduertendum tamen eſt: vt nullo modo munduz & homines fuiſſe ſemp teneam9. Hic fuit error Metrodori chii: q ſcdm Euſebium: li. i. de euangelica preparatione dixit: Vniuerſuz fuiſſe ſemper: quia ſi eſſet factum: eſſet a non ente. Fuerunt & alii philoſophi: vt Pictagoras ſamius: Archita tarentin9: & Theofra ſtus: ac peripatetici fere omnes: qui vt ſcribit Cenſorinus ad Ciril lum in li. de natali die: affirmauerunt homines ſemper fuiſſe. Con tra quos Ag9. li. xii. de ci. dei ca. viiii. ſic ait. Si ſemper fuit huma/ num genus: quonam modo verũ loquitur hiſtoria gentiliũ narrãs

UVA. BHSC. IyR_144

qui fuerunt quarūcumq; rerum inuentores: qui primi liberalium
disciplinarum aliarumq; artium institutores: vel a quibus primus
illa: vel illa regio: parsq; terrarū illa atq; insula incoli cepit. hec ille
qui doctor eximius nō inmerito ad historias recurrit. quia vt inqt
¶ Tullius li. de oratore: Historia est testis temporum: lux veritatis
& nuntia vetustatis. Nos vero scripture sancte adherere debem9:
que veridica narratiōe cōmemorat ab vno Adā gen9 hoīm multi/
plicatum. Scripsit autem Moyses historiam geneseos: ex reuelatiōe
diuina. vnde Hieronimus in epistola ad Paulinus ait: Manifestissi
ma est genesis: in qua de creatione mundi: de exordio generis hu/
mani: de diuisione terre: de confusione linguarum & gentius: usq;
ad exitum scribitur ebreorum. Sicut ergo cepit mundus sic cepe/
runt esse homines. & vt docet Tho. 1. pte. q. lxi. Solus deus pater
filius & spiritus sanctus est ab eterno. Hoc enim fides catholica te
net: & omne contrarium est hereticum. Sic enim creaturas deus p
duxit: q; eas ex. nichilo fecit. 1. postq̄ nichil fuerant. Ideo ab Adam
usq; ad diluuiū terminus assignatur.

¶ Quare Noe distulit generare usq; ad quingentesimum ānū.

¶ Secundum tempus circa diluuium considerandum dicitur retar/
date generationis. Volens equidem scriptura de diluuio mensionē
facere: generationem Noe tangit. Noe vero cum quingentorum
esset annorum genuit Sem: Cham: & Iaphet. Vbi dubitare contin
git: quare Noe usq; ad quingētesimū annū distulit generare? respō
det Nicolaus de lira: q; doctores hebrei dicunt: hoc factum esse ex
eo: q; deus disposuerat eum saluare in diluuio: cū tota sua posterita
te. Si autem ante quingentesimum annum generasset: fuissent tot
ex eo & filiis eius multiplicati: & fuissent inter eos multi mali: de
quibus non esset dignum vt saluarentur ¶ Nam si in trecentis quin
quaginta annis: quibus Noe vixit post diluuium. ut habetur gen̄.
nono. ca. Ex tribus eius filiis vigintiquatuor milia & centus viros
extra mulieres & paruulos: q; creatos affirmat filo: vt refert Ma/
gister in historia scholastica: quid fuisset in quadringētis annis? In
super tot persone cum necessariis ad vitam per annus integrū quo
durauit diluuium: non potuissent competenter in archa collocari.
¶ Quare deo volente cum quingentorum esset annorum: filios gene
rauit: cum quibus & vxoribus salu9 fact9 est in archa ¶ Verūtamē
pleriq; dubitant de Matusalem: scdm enim cōputationem. lxx. in/
terpretum. vixit. xiiii. annis post diluuium. sed nec legitur in archa

UVA. BHSC. IyR_144

fuisse: nec translatus ut Enoch. & quidam dicunt ꝙ mortuus fuit ante diluuium septem annis Hiero. asserit. ꝙ eodē anno in quo fuit diluuium: quod etiam diligens computatio annorum eius scdm genesim manifestat: tamen omnes in numero annorum eius vite conueniūt. s. ꝙ fuerunt omnes dies eius anni nongenti sexagintanouē vt dicitur genesis nono capitulo.

¶ Quod deus per centum annos predicari voluit diluuium.

¶ Tertium tempus circa diluuium considerandum dicitur: diutur ne exspectationis. pro sua quippe pietate de9 benignus añq̄ diser deret peccatores illius tēporis: diuti9 expectauit: & monuit vt ad penitentiam redirent. Nam scdm Ag9. li. quintodecimo de ci. dei ca. xxiiii. Cum dixit deus ad Noe: Erunt dies eius centum viginti annorum: non de termino humane vite locut9 est: sed de termino ad penitentiam assignato. Namꝙ centuꝫ annis archa legitur fabricata: vt refert Magister in historia scolastica. & Noe verbo & facto diluuium predicebat. verūtamen illi homines neq̄ deridebant eum: & minabantur ꝙ anteq̄ ipse archam ingrederetur: si diluuiū superueniret interficerent illum.

¶ Quod de mense mayo inundauit diluuium.

¶ Quartum tempus circa diluuium dicitur: mensis determinatiōis quo. s. mense diluuium illud venisset creditur & ad hoc dicit Magister in historia scolastica ꝙ fuit mensis mayus qui ab hebreis dicitur Isan: a Macedonibus yon: a latinis mayus: de isto mense lata est inter auctores dissensio: Titus liuius primo li. ab vrbe condita. & Varro li. vi. de origine lingue latine. & Beda li. de temporibus: dicunt: Romulum diuisisse Romanum populū in maiores & iuniores: vt altera pars consilio: alia armis rem publicā tueretur. In honorem ergo vtriusꝙ partis: hunc Mayum: sequētem Iuniū: dixit. Ag9. vero contra Faustum: Tertium inquit mensem veteres dixerunt Mayum a Maya: quam Mercurii matrem colebant deam: ex quo omnes mercatores illo mense sacrificabant Maye: & Mercurio. Papias vult: vt dicatur Mayus a madendo: quia hoc tempore ros precipue cadat madefaciens terram: seu quia tunc oriantur hiades stelle pluuiales.

¶ Quod diluuiū factuꝫ est volente deo: ꝓpter peccata hoīm premenda: que si non fuissent: nec diluuiū inundassꝫ. Ca ii.

IAm disputandum est contra curiosos: de causa diluuii: quoniam plerīq̄ nolūt ꝓpter peccata hominū diluuiū inūdasse

UVA. BHSC. IyR_144

Idcirco vt de hac reiueritas clarius eluceſcat: notabimus q̃tuor cau
ſas: que a multis diuerſimode ſolent aſſignari.
¶ Prima dicitur: Celeſtis influentia ¶ Secunda: Demonuꝫ malitia.
¶ Tertia: Potentum violentia. ¶ Quarta: Omnis carnis inmūditia
¶ Quod influentia celi non fuit cauſa p̄cipua & p̄icipal' diluuii
¶ Prima cauſa diluuii aſſignatur a quibuſdam celeſtis influētia. hii
dicunt: q̄ ſi tēpore illo omnes fuiſſent iuſti & ſancti: adhuc diluuiū
ſupueniſſet: & hoc ꝓpter diſpoſitionem celi. ſ. ꝓpter cōiūctionem
planetarum frigidorū & humidorum: talem effectum cauſantiuꝫ.
Nam vt dicit Seneca in li. de queſtionibus naturalibus: Dixit Em
pedocles arſuram eſſe terrā: cū vniuerſa ſidera conuenient in ſigno
Cancri. & vniuerſalem inundationem futuram: cum eadem turba
ſiderum conuerſi in capricorno prouenit. igit̃ aiūt iſti diluuium ex
cauſa naturali: ſicut & alia diluuia conſueuerunt quandoq̄ ꝓuenire
vt enim inquit Iſidorus li. xiii. ethimol. In Achaya fuit diluuium:
Iacob patriarche & Ogigi temporibus: q̄ Eleuſine conditor & rex
fuit. Idem Iſidorus narrat: quod recitat Oroſius li. i. q̄ anno octin
genteſimo decimo ante vrbem conditam aquarū illuuies maiorem
partem populorum Theſſalie abſumpſit: paucis ꝑ refugia mōtium
liberatis: maxime in monte ꝑnaſo: in cuius circuitu Deutalion tunc
regno potiebatur: qui tunc ad ſe ratibus confugientes ſuſceptos fo
uit & aluit: a quo ꝓpterea gen9 hominum grecorum fabule ex lapi
dibus ferunt reparatum. De hoc Deucalione mēſionem facit Iuue
nalis li. i. qui ait: Ex quo deucalion niuibus tollentibus equor. Na
uigio montem aſcendit ſorteſq̄ popoſſit ¶ Paulatimq̄ animus calue
runt mollia ſaxa. Et marib9 nudas oſtēdit pirrha puellas. Quicq̄d
agunt homines votuꝫ timor ira voluptas. Gaudia diſcurſus noſtri
eſt farrago libelli. Iſidorus li. xvii. ethimologiaruꝫ. ca. iii. farrago
a farre dicta. Eſt enim herba ordeacea adhuc viridis: nec dum gra
uis ad maturitatem turgentibus. Ouidius inſup in primo metha/
morphoſeos ita inquit: Deucalion lacrimis ita pirrhaꝫ affat̃ ab or/
tis. O ſoror o cōiūx o femina ſola ſuperſtes. Quaꝫ cōmune mihi ge
nus & patruelis origo. Demū thorus nutrit nunc ipſa pericula iun
gunt. Ferarum quaſcumq̄ videt occaſus & ortus. Nos duo turba
ſumus: poſſedit cetera pontus. & ibi Ouidius: Miſſam viri mani/
bus ſpeciem traxere virorum· Et de femineo eſt reparata femina
iactu. Inde genus durum ſumus experiēſq̄ laborum. Et documen
ta damus qua ſumus origine nati. Famoſuꝫ ergo fuit illud diluuiū

UVA. BHSC. IyR_144

de quo ipſi etiam poete tanta cecinere: nec tamē niſi a cauſa naturali proceſſit. Sed ne multum inutiliter contendamus: dicit Nicolaꝰ de lira: ꝙ nobis ſatis eſſe debet teſtimonium ſcripture: que diluuiū aſſerit firmiter inundaſſe in penam peccati. Poſſumus tamen dicere ſcdm Richardum in. viii. di. xlvii. ꝙ productionez ignis purgātis mundum in fine ſeculorum precedet vehemens ſiccitas naturaliter generata: illius ignis ꝓductioni concordans: non tamen ſicut diſpoſitio neceſſaria: ſed congrua. ita diluuium aque potuit precedere aliqua diſpoſitio planetarū frigidorum & humidorum: concurrens ad nutū dei ad talem aquarū inundationē. Ideo influentia illa non fuiſſet: ſi deus non ſtatuiſſet diluuio perimere ſe ſpernentes.

¶ De demonibus incubis & ſuccubis & de gigantibus.

¶ Secunda cauſa diluuii ab aliquibus aſſignatur demonum malicia. Scribitur namq; geneſis ¶ Videntes filii dei. i. demones ſcdm expoſitionem iſtorum: qui dicuntur filii dei: ꝓpter naturam ſpiritualē: filias hominum ꝙ eſſent pulchre: miſcuerūt ſe in ſpecie humana cū mulieribus: & inde ſunt nati gigantes. Mag. in hiſtoria ſcolaſtica dicit: Potuit eſſe: vt incubi demones genuerint gigātes: a magnitudine corporum denominatos ¶ Sed immanitati corporuz reſpondebat immanitas animorum: verūtamen non acceptatur hoc. ꝙ gigātes naſcantur opere demonum incuboruz & ſuccuboruz: quia & ipi nati ſunt ex viris & mulieribus: ſicut & ceteri homines. Nā de Og Rege baſan deutronomii. ii. &. iii. ca. dicitur: ꝙ monſtratur lectꝰ eius ferreus nouem cubitos habēs longitudinis: &. iiii. altitudinis &. i. Re. xv. ca. legitur de Golia: ꝙ erat altitudinis ſex cubitorum & palmo. In cronica Ricobaldi repperi: ꝙ tempore Clementis pape ſecundi Rome cadauer inuentum eſt gigantis incorruptū: magnitudinis inſolite: Cui erat tale epitaphium: Filius Euandri Pallas quē lancea Turni: militis occidit: more ſuo iacet hic ¶ Hec ideo dicimus: quia etiam naturaliter gigantes poſſunt abſq; demonibus generari. & ideo vtrum illi qui erant diluuii tempore nati ſunt vt pretactum eſt demonibus cooperantibus in dubiuz vertitur ¶ Sed poſito ꝙ ſic eſſet: non ꝓpterea deus diluuiū inūdare fecit: quoniam vt inquit Nico. de lira: Diluuiū datū eſt in penā hoīm nō demonū

¶ Quod tempore diluuii filii potentum etiam vi carnaliter concūbebant cum filiabus pauperuz.

¶ Tertia cauſa diluuii aſſignatur ab aliis potentum violētia: Dicit enim Rabi Salomon: ꝙ filii dei accipiūt ꝓ filiis iudicū & potētum

UVA. BHSC. IyR_144

qui quando videbant filias subditorum pulchre ornari: & quando dabantur ad nuptias: accedebant ad eas: cognoscēdo carnaliter: an teq̄ mariti eas cognoscerent. & licet sic potuerit esse: tn̄ hec nō est totalis causa: sed quarta que sequitur.

¶ Quod propter peccata carnis deus misit diluuium.

¶ Quarta causa igitur: quare diluuium fieri voluit deꝰ: fuit omnis carnis inmundicia: dicitur quidem in textu biblie: Omnis caro corruperat viā suam. Alii itaq; filii dei scd̄z Nic. de lira intelligūtur: q descenderunt de Seth: qui ab Adam instructi fuerunt in cultu diuino: per filias hominum intelliguntur mulieres descendentes de Chaym: que erant lubrice: lasciue: & dissolute. & de illis precepat Seth filiis suis de voluntate dei: vt non contraherent cum eis. Ipsi vero fecerunt contrarium. quia tamen hic fit mensio de filiis Seth: & filiabus Chaym: notandum est scd̄m Magistrum in historia scolastica: qui allegat scd̄z Methodoruz: cui in carcere existēti p amore Cristi: facta fuit reuelatio de temporibus primis & nouissimis dicentez. q̄ Adam & Eua virgines egressi sunt de paradiso. & hoc vtiq; Hiero. ad Eustochium confirmat dicens: Eua in paradiso virgo fuit: post tunicas pelliceas sumpsit inicium nuptiaruz. Anno vero vite Adam. xv. natus est ei Chaym & soror eius Calmana post alios. xv. ānos natꝰ ē Abel & soror eiꝰ Delbora: & ideo natꝰ est primus Chaym pessimus: q̄ Abel iustus: vt ostenderetur q̄ in Adam tota generis humani massa damnata est. & quādo aliquis ex ea vas sanctificationis efficitur: non hoc puenit ex natura: sed ex dei vocantis misericordia. Anno vite Adam centesimo trigesimo: Chayz occidit Abel: & luxere eū Adā & Eua centū ānis: locꝰ in quo luxerūt dicit̄ vallis lacrimarū iuxta Ebron. Chayz ergo pessimꝰ remā sit: q primꝰ terminos terre posuit: ad callidit̄atē fallatiāq; pduxit. Primꝰ in terra supbiuit: post Adā in paradiso: primꝰ homicidiū p petrauit primꝰ ciuitates edificauit: murisq; muniuit: & boies male agētes in vrbibus collegit: scd̄z Iosephū. Chaym itaq; cognouit vxorem suam: que peperit Enos: Enos genuit Irad: Irad Mathusael: Mathusael Manuel: Manuel Lamech. Hic primus. s. Lamech bigamiam introduxit. Et sic adulterium contra legem dei: ex natura fecit. In prima eniz creatione vnica vnice facta est mulier: & deus per os Ade decreuerat: vt essent duo in carne vna: hic autem accepit duas vxores: Ada & Sellam: genuitq; Ada Iabel: qui adinuenit portacilia pastorum. i. tentoria ad mutāda pascua: nomē fratris

UVA. BHSC. IyR_144

eius Tubal. ſ. pater canentium in cithara: & organo: non inſtrumẽ torum quidem: que longe poſt inuenta fuèrunt. ſed inuentor fuit muſice & conſonantiarum: vt labor paſtoralis quaſi in deliciis uer/ teretur. & quia audierat Adam ꝑphetaſſe de duob9 iudiciis: ne pe riret ars inuenta: ſcripſit eam in duabus columnis: in q̃libet totam dicit Ioſephus: vna marmorea: altera lateritia: quarum altera non diſrueretur diluuio: altera non ſolueret incendio. Sella genuit Tu/ balchaym: qui ferrariam artem primus inuenit: res bellicas decen ter exercuit: Sculpturas operum vel hominũ in metallis in libidi nem oculorũ fabricauit. ſicꝙ vſꝙ ad tẽp9 diluuii generatio Chayz ſemper excreuit numero & malitia: ac iniquitate: generatio vero Seth inſtructa erat in diuino cultu. dicit Strabus: ꝙ poſt mortem Abel: vouit Adam non vltra ſe vxorem cogniturum. ſed deo iubẽ te per angelum fregit votum: vt dei filius de eo naſceretur. quare cognouit vxorem ſuam: & natus eſt Seth: qui genuit Enos: Enos genuit Caynay. Caynay genuit Lamech: Lamech genuit Iareth Iareth Enoch: Enoch Matuſalem: Matuſalez lamech. Addit Ma giſter hiſtoriarum: ꝙ breuiter legiſlator generatioĩs Ade tranſit feſtinans ad tempora Habrae patris hebreoruz: & plures ſubticet Ade filios & filias. Ex quibus omnibus vt ad ꝓpoſitum redeamus patet: ꝙ non Habrae ꝓhibitũ fuerat: his qui deſcenderãt de Seth: ne inirent matrimonia cum filiabus deſcendentibus de generatiõe Chaym: & tamen contrarium facere non erubuere. Inquit ad hec ſanctus Methodor9 ꝙ filii Chaym abutebantur vxoribus fratruz ſuorum nimis fornicationibus. deinde mulieres in veſaniam verſe ſupergreſſe virisabutebãt. ¶ Tandẽ exarſerũt homines ĩ alterutrũ coeũtes habũdabãt peccata ĩmũdiſſima carnis ĩ oĩb9 excepto Noe: & vxore: filiis eius: & vxoribus eorum. Quia peccata illa nephan/ diſſima deũ ꝓuocauerũt: vt diluuio extingueret cõcupiſcẽtiã hoĩm

¶ De terribilitate diluuii: quo tanta ſtrages facta eſt contra homines & animalia. Cap. tertium.

Vdite obſecro omnes populi peccatores q̃ terribile fuit iu dicium illud: a quo ſe homines defendere non valuerunt. Timete deum: & humiliate in cõſpectu eius corda veſtra. non enim eſt potentia: non fortitudo: non conſilium contra domi/ num. Ipſe fuit qui vires gigantum contriuit & deleuit: & aquis in undantibus omnem carnem. Si autem comprehendere velimus: il/ lius diluuii terribilitatem quatuor conſiderare debemus.

UVA. BHSC. IyR_144

¶ Primo terre deterioratiōnem ¶ Secundo animalium occisionem
¶ Tertio paruulorū submersionē ¶ Quarto tātorū hoīm pemptiōz
¶ Quod propter aquas diluuii terra deteriorata est.

¶ Primo considerem⁹ terre deteriorationem. Dicit Magister in hystoria scholastica: exponendo verba dei. s. disperdam eos cuz terra. i. cū fertilitate terre: tradūt enim vigorez terre & fecūditatem longe inferiorem esse post diluuium: vnde esus carnium homini cō cessus est: cum antea fructibus victitarunt: nec mirū: quia taz diu fuit terra cooperta aquis diluuii: que pro maiori parte ut dicit Nicolaus de lira: fuerunt de mari oceano salso.

¶ Quod animalia & volucres periere: exceptis piscibus·

¶ Secundo considerem⁹ terribilitatem diluuii: ꝓpter animalium occisionem: vt inquit textus biblie: Mortua est omnis anima viuēs super terraz: omnia animalia: omnesq; volucres: exceptis que erāt in archa. Non fuerunt mortui pisces: quia ut dicit Nicolaus de lira: peccata cōmissa erant in terra: & in aere non autem in aquis.

¶ Quod paruuli periere in aquis diluuii.

¶ Tertio considerem⁹ diluuii terribilitatem: propter paruulorū submersionez. Erant illo tempore tot paruuli: tot ad vbera matruz pendentes: qui tamen pro paterno scelere omnes eiulantes: lamē/ tātesq; submersi sunt ¶ Qualiter autem filii puniūtur ꝓ peccatis parentum: dixi in quadragesimali in sermone de ira dei.

¶ Quod omnes homines suffocati sunt: Noe & suis exceptis

¶ Quarto considerem⁹ illius iudicii terribilitatem ꝓpter tantorū hominum pemptionem. Completa siquidem iuxta dei ordinatiōez Dixit deus ad Noe: Ingredere in archam tu: & filii tui: vxor tua: & vxores filiorum tuorum tecum. Magister in hystoria scolastica seorsum viros: seorsuz mulieres nominauit domin⁹: cū de ingressu loqueretur: ac si diceret: Tempore afflictionis cessandū est ab amplexibus mulierum. In exitu vero dixit deus: Egredere de archa tu & vxor tua: coiuncti iubentur exire: qui disiuncti intrauerant. ac si diceret eis: Nunc rediit tempus amplexandi: vt multiplicemini super terram. mox enim subiunxit: Crescite: & multiplicamini. dicit Rabi Salomon: q; in archa non fuit concubitus hominum: nec auium: nec bestiarum: ꝓpter vniuersalem mundi tribulationez. In articulo itaq; dixi illius. Intrauit Noe in archam iuxta preceptum domini: cuz omnibus animalibus: & volucrib⁹ deputatis: que scdm Magistrū i hystoria scolastica: tuitu diuino: & āgelorū ministerio

UVA. BHSC. IyR_144

adducta fuerunt. refert Nicolaus de lira. ꝙ articulus inportat rez distincta & manifestam. ¶ Deus namq; ingredi fecit Noe de die clara & manifesta: ad ostendendum ꝙ poterat eum tueri a malis hominibus illius temporis: qui cōminati fuerant eum occidere. O qd fuit videre & q̃ tremendum spectaculum illud: quando subito nebulosus aer fuit effectus. ventiq; stridere ceperūt: tonabat ether: tonitrua audientes terrebant: & catharacte celi. i. nubes apte sunt. scdz Nico. de li. loquit̃ scriptura methaforice: nec dicit de celo stellato: sed aereo. vbi generantur nubes & pluuie: & quantus omniū luctus mox insonuit: quot lamenta: dum breui spacio excrescentes aque rapere ceperunt corpora mergendorum: videbat pater submergi filium: videbat frater fratrem: & ipse necandus. clamabat ad sidera: heu heu perimus in aquis: filius patrem aut matrem forte precabatur. Adiuua me natum tuum pereūtē. ¶ At ille respōdere poterat: O me miserum: & ego tecum pereo: vix puto ꝑtransiit dies: ꝙ maior pars defecit in aquis diluuii: & si qui forsan in mōtibus erant: suffocati sunt tandem & ipsi: quoniā pluit. xl. diebus & xl. noctibus. & aque multiplicate supauerunt omnia cacumina mōtiū. Expergissimini ergo o peccatores polluti: O carnales & lasciui O sacrilegi: & incestuosi: O libidinibus spurcissimis fedati: & time te Regem regum: deum nostrum: deponite veterem vitam: abicite voluptates corrigite malos mores: vt sic ipse misericors pater liberet nos ab omni malo in presenti: & in futuro largiatur gloriam sempiternam. Amen.

¶ Sermo octauus de mulieribus: que occasio sunt multorum peccatorum ꝓpter que indignat̃ deus.

DRopter mulierum conditiones noxias: in grandia peccata sepenumero lapsi boies deū irritāt: vt sue iustitie i illos furorem effundat. & q̃uis ita fore facile deprehendi possit: ex relatis in duobus precedētibus sermonib9. verūtamen videmus cotidie patrias flagellari: quod ꝓbi & sancti viri arbitrant̃ fieri quia indignatur deus: ꝓpter inordinatos excessus ornatus mulierū: & pompā: ymo inhonestatem vestimentorū: adeo vtiq; inualuit iam vbiq; pernitiosa & detestabilis consuetudo huius dissolutionis: ꝙ nulla forti persuasione predicatorum potest aboleri. Ex hoc multiplicate sunt vsure: rapine: fraudulentie: & iniquissime extorsiones. quinymo cū iuuencule multe nuptui tradi nō

UVA. BHSC. IyR_144

possint: & aliis facultates non suppetant: ad suis vanitatibus satisfa
ciendum: nouit deus quid inde sequatur. Ob id ergo statui in pre/
senti nostro sermone de mulierib9 verba facere: De quib9 dicturi
tria misteria declarabimus ¶ Primum dicitur ꝓductionis ¶ Secun
dum: commendationis ¶ Tertium: reprehensionis.

¶ Quod de9 bñdict9 ꝓduxit mulieres: ad ꝓfectiõz vniuersi. ca. i.

IN obiurganda puto vicia mulieruz: vt sexus ipse non con
temnatur: neq; ille que virtutibus florent: occasionē sumāt
desperandi. Idcirco in hoc misterio primo: mulierum ꝓdu
ctionem inuestigabimus sub quatuor dubiis ¶ Primum: vtruz mu
lier produci debuit cum aliis creaturis: ¶ Secundum: vtruz mulier
fuerit immediate formata a domino: ¶ Tertium: vtrum mulier fie
ri debuit ex viro: ¶ Quartum: vtrum mulier ꝓducta sit ad ymagi/
nē dei: ¶ Primū dubiū inuestigandū est: vtrū mulier ꝓduci debuit
cum aliis creaturis: & arguūt quidam q̄ non: primo: quia dicit phi
losophus in libro de generatione animalium. q̄ femina est mas oc/
casionatus. sed nichil occasionatum & deficiens debuit esse in rerū
ꝓductione: ergo mulier nō debuit ꝓduci. Secundo: occasiones pec
catorum sunt amputande: sed deus prescisuit q̄ mulier futura esset
viro in occasionem peccati: ergo non debuit mulierem producere.
Refert Lactātius li. iii. q̄ Plato de quatuor agebat vere gratias.
primo: q̄ homo natus esset non animal brutum. secundo: q̄ grecus
potius q̃ barbarus. tertio: q̄ Athenis & tempore Socratis. quarto
q̄ mas potius q̃ femina. Respōdet his Tho. i. ꝑte. q. nonagesimase
cunda. q̄ necessarium fuit feminas fieri: sicut scriptura dicit genes
& in adiutorium viri: non quidem in adiutorium alicuius alterius
operis: vt quidam dixerunt: cum ad quodlibet aliud opus cōueniē
tius iuuari possit. vir per alium virum: q̃ per mulieres: sed in adiu
torium generationis. Ad illud vero quod primo obiectum est: di/
cit Tho. ii. & sic in. iiii. di. xliii. q̄ q̃uis mulier generetur preter in
tēsionē nature ꝑticularis: est tñ de intensione nature vniuersalis q̃
vtrūq; sexū requirit ad perfectā humane speciei generationē. dicit̃
ergo mulier aliquid deficiens: & occasionatum: quia uirtus actiua
que est in semine maris: intendit ꝓducere simile sibi: perfectū scdm
masculinum sexuz. sed q̄ femina generetur: hoc est ꝓpter virtutis
actiue debilitatem: vel ꝓpter aliq̃ materie indispositioñ: vel etiā
ꝓpter aliq̃ transmutationem ab extrinseco: puta a ventis australi/
bus: qui sunt humidi: vt dicit Arist. li. de animalibus ¶ Ad secūduz

UVA. BHSC. IyR_144

vero quod adductum est: dicit Tho. q̄ si omnia ex q̄b9 bō sumpsit occasionem peccandi deus subtraxisset a mūdo: remansisset vniuersum inperfectum: nec debuit cōmune bonum tolli: vt vitaretur p̄ticulariter malum: presertim cum deus nouit ordinare malum oē in bonum. Secundum dubium erat: vtrum mulier fuerit īmediate formata a deo. & respondet ad hoc Tho. vbi supra. q̄ solus deus qui est nature institutor potest preter nature ordinem res in esse producere. & ideo solus deus potuit vel virū de limo terre vel mulierem de costa viri formare. vnde Ag9 li. ix. super genesiz ad lit. Formare vel hedificare costā vt mulier essz: non potuit nisi de9: a quo vniuersa natura subsistit. & iterum ibi: q̄ ministerium angeli exhibuerunt deo in formatione mulieris nescimus: Certum tamē est: q̄ sicut corpus viri de limo non fuit formatum per angelum: ita nec corp9 mulieris de costa viri. & iterum ibidem Ag9. Nō habuit prima rerum conditio: vt femina omnis sic fieret: sed tantum hoc habuit: vt sic fieri posset: & ideo scd̄m causales rationes prestitit corpus mulieris in primis operibus: non scd̄z potentiam actiuā sed scd̄m potentiam passiuam: tantum in ordine ad potentiam actiuam creatoris. ¶ Tertium dubium fuit vtrum mulier debuit fieri ex uiro? Et posset quis arguere q̄ non. quia sexus communis est hominibus: & aliis animalibus: sed in aliis animalibus femine non sunt facte ex maribus: ergo nec in homine fieri debuit. ¶ Secūdo arguitur: quia eorum que sunt eiusdem speciei est eadem materia: sed mas & femina sunt eiusdē speciei: ergo femina fieri debuit ex limo terre: sicut & vir. ¶ Tertio mulier facta est in adiutoriū generationis: sed nimia p̄pinquitas reddit ad hoc personam ineptam vnde persone p̄pinque a matrimonio excluduntur: vt patet leuitici. xviii. ca. ergo mulier nō debuit fieri ex viro. Respōdet his oīb9 Tho. q̄ mulier ex viro formari debuit p̄pter tria. primo quidē vt in hoc quedam dignitas primo huiusmodi seruaretur. vt scd̄m rei similitudinem esset ipse principium totius sue speciei: sicut de9 est principium totius vniuersi. vnde Paulus dixit: actuum. xvii. q̄ deus fecit ex vno omne genus hominum. ¶ Secūdo mulier facta est ex viro: vt vir magis mulierem diligeret: & ei inseparabilius inhereret: dum cognosceret eam ex se esse p̄ductam. vnde dicitur genes. ii. Ex viro sumpta est. q̄obrem relinquet homo patrem & matrē & adherebit vxori sue. Et hoc maxime necessariū fuit in specie humana: in qua mas & femina cōmanent per totaz vitam: quod nō cō

UVA. BHSC. IyR_144

tingit in aliis animalibus: Tertio mulier facta est ex viro: quia vt philosophus dicit. viii. ethicorū: Mas & femina coniungunt̄ in hoīb9 non solu3 ꝓpter necessitatē generationis: ut in aliis aīalib9. sed etiam per domesticam vita3: in qua sunt aliqua opera viri & femine: & in qua vir est caput mulieris. vnde cōueniēter ex viro formata est mulier: sicut ex suo principio. Quarta ratio addi potest sacramētalis: figuratur enī ꝑ hoc: ꝙ ecclesia a cristo sumit principiū. vnde Apostolus dicit ad Ephesios. v. ca. Sacramentu3 hoc magnu3 est: ego dico in cristo: & in ecclesia. & per hoc patet ratio ad primū Ad secundū dicit Tho. ꝙ materia est ex qua alius fit: natura autē creata hab3 determinatū principiū: cū fit determinata ad vnu3 habet determinatum ꝓcessum. vnde ex determinata materia ꝓducit aliquid in determinata specie. sed virtus diuina cum sit infinita: potest idem scd̄m speciem ex quacūq; materia facere. sicut virum ex limo: & mulierem ex viro. Ad tertiū dicit Tho. ꝙ ex naturali generatione contrahitur quedam ꝓpinquitas: que matrimonium impedit. sed mulier non est producta a viro per naturale3 generationem: sed sola virtute diuina. vnde Eua nō dicit̄ filia Ade: & ꝓptea ratio non concludit. Vt igit̄ scribitur genesis. ii. ca. post̄q; Adā in paradisum introduxerat deus: misit soporē in eum. Ag9. ix. sup gen̄. ad lit. dicit: ꝙ sopor ille fuit raptus & extasis: quia tunc vidit dominum per essentiam: & interfuit curie angelorum. hoc vtiq; opinando dicit: non asserendo de visione essentie diuine: cūq; obdormiuisset: tulit vnam de costis eius: absq; lesione & dolore vt dicit Tho. scd̄m vero Landulfum di. xviii. ii. Costa detracta fuit ministerio angelorum: non tamen eorum ministerio fuit in mulierem formata. Dicit etiam Landulfus: ꝙ formatio de costa non fuit ꝓprie generatio: sicut aliqui dicunt: ꝙ deus de aere circumstātie vl̄ terra corrupta eorū forma: deus suppleuit materiā illi9 coste quia ut dicit Magister in textu: magis deb3 dici mulier facta de illa materia que fuit maior: q̄ de illa costa: nec potest dici ꝓprie creatio: tū quia creatio humane nature precesserat in homine: tu3 quia fuit facta de aliqua preiacenti materia. s. de costa. fuit ergo multiplicatio sicut magister dicit in littera: quomodo de quinq; panib9 multiplicatis dominus satiauit quinq; milia hominum. Contrarium tamen tenet Tho. qui asserit: ꝙ corpus mulieris fuit formatū de costa: ꝑ additionem materie: vl̄ per creationē. sed qui fecit ipse nouit quare vero de costa: nō de alia parte fuit mulier formata. dicit Tho.

UVA. BHSC. IyR_144

& glo. xxxiii. q. v. in ca. Mulierem. Non de pede formata est mulier: ne omnino videretur famula. non de capite: ne omnino videretur domina. sed de costa: vt videretur collateralis. Quartus dubium fuit: vtrum mulier fuit ꝑducta ad ymaginez dei. Nā corin. xi. ca. dicit. Vir est ymago dei: mulier autē est ymago viri: ꝓpter que verba dicitur. xxxiii. q. v. ca. Hic ymago dei: ꝙ mulier non est ad ymaginem dei. Respondet Bon. in. ii. di. xvi. & Tho. i. ꝑte. q. xciii. ꝙ cum homo scdm intellectualem naturam ad ymaginez dei esse dicatur: scdm hoc est maxime ad ymaginem dei: ꝙ intellectualis natura deum maxime imitari potest. Imitat autē intellectualis natura: maxime deum q̃tum ad hoc ꝙ deus seipsum intelligit: & amat. Vnde ymago dei triplicit̃ potest i hoie cōsiderari: vno qdē modo scdm ꝙ habet homo aptitudinem naturalez ad intelligendus & amandum deum: & hec aptitudo consistit in ipsa natura mentis: que est cōmunis omnibus hominib9. Aliomodo scdm ꝙ actu vel habitu deum cognoscit & amat: sed tamen īperfecte. & hec est ymago per conformitatem gratie. Tertio modo scdm ꝙ hō actu deus cognoscit: & amat perfecte. & sic attenditur ymago scdm similitudinem glorie. vnde sup illud ps. Signatum est sup nos lumen vult9 tui domine. glo. distinguit triplicem ymaginem. s. creationis: recreationis: & similitudinis. Prima ymago inuenitur in oīb9 hoīb9 Secunda in iustis tantum. Tertia vero solum in beatis. Tam ergo in viro q̃ in muliere inuenitur dei ymago q̃tum ad illud: ī quo prīcipaliter ratio ymaginis consistit. s. q̃tum ad intellectualē naturā. vnde geñ. i. cum dixisset scriptura: Creauit deus hominem & ymaginem suam: ad ymaginē dei creauit illum: subdidit. masculum & feminam creauit eos. & dicit principaliter eos: vt etiam intelligat̃ mulier ad ymaginem dei creata. sed q̃tum ad aliquid secundariuꝫ ymago dei inuenitur in viro: sed ꝙ non inuenitur in muliere. nam vir est principium mulieris: & finis: sicut deus est principiuz & finis totius creature. vnde cū Apostol9 dixisset: ꝙ vir ymago & gloria dei est: mulier autem gloria viri est. ostendit quare hoc dixit: subdens: non enim vir est ex muliere: sed mulier ex viro: & vir nō est creatus ꝓpter mulierem: sed mulier ꝓpter viruz. Diximus hec omnia vt intelligamus mulieres non esse contemnendas: que ad ymaginem dei create ptīcipes fieri possunt eterne vite.

De prerogatiuis virtutum quibus mulieres floruisse cōpertum est. Capitulū secundum.

UVA. BHSC. IyR_144

Olent plerique mulieres a deo productas ad omne bonum: ad omnemq; virtutem inhabiles reputare. ¶ Quibus in hac parte admirabiles laudes mulierum aperiendas duxi. que licet de multis cōmendari possint: tm̄ quatuor precipue sunt illa: q̄ in sexu muliebri excellentissima sunt repta. ¶ Primum est fortitudo & magnanimitas. ¶ Secundum pudicitia & honestas. ¶ Tertiuꝫ clementia & liberalitas. ¶ Quartū deuotio & pietas. ¶ Prima laus muliebris sexus est de fortitudine & magnanimitate. Quis maius non miretur de his que mulieres magnanimiter fortiterq; egere: & vt taceaꝫ de Iudith: que caput Holofernis trūcauit. de Tamiri massa getarum Regina: que superauit Cirum. vt refert Iustinus. ¶ De Pantasilea Regina Amazonuꝫ: que in bellis Troyanis cū suis puellis pugnando egit stupenda: vt cōmemorat Frigius dares. de Semirami Assiriorum Regina: que vt Valerius asserit li. ix. defi cientem Babilonem recuperauit: priusq̄ decorem capilloruꝫ in or dinem redegisset. Ad tot milia mulierum cōuertendus est animus que pro Cristi amore seuissima tormēta passe. tandem nec mori re cusauerunt. Longuꝫ quippe esset resensere singula: ꝓpter que Ec clesia sancta in oratione sic dicit ad deum: Deus qui inter cetera po tentie tue miracula: etiam in sexu fragili victoriaꝫ martirii contu listi. Ambrosius de sancta Agnete affirmat: q; terciodecimo anno etatis sue mortem pdidit: & vitam inuenit: quādo. s. in vrbe maxi ma glorioso martirio migrauit ad celos. Cecilia sponsum & cogna tum conuertit: & omnes pariter coronā martirii sunt adepti. Ru fina & Secunda due sorores fuerunt virgines romane: parentibus clarissimis genite: que tempore Valeriani Imperatoris accusate: q; cristiane essent: & capte: ac tradite Donato prefecto: post mul ta verbera iussit Rufinam prius cedi: quod videns soror clamare cepit ad Iudicem: Quid est quod sororem meam glorificas: & me inbonoras? Tandem post multa vtriq; illata tormenta: ducte fue rūt in siluaꝫ in via cornelia ab vrbe Roma miliario decimo: in fun do qui vocatur buxeto. Ibiq; Rufina capite truncatur. Secunda p cutitur: & eorum corpora feris voranda linquūt. Deniq; Plantilla matrona in cuius predio hoc factum est: vidit eas in visu sedentes gemmatas: in thalomo & dicentes sibi: Pantilla desine a flagitiis ydolorum: & crede in Cristum: & ueni in predium tuum: & cor pora nostra sepeli. Quod illa fecit. Multa percurrenda essent de Katerina: de Lucia: de Agata: de Iustina: de Vrsula & vndecim/

UVA. BHSC. IyR_144

milibus puellis eius: & de reliquis que forti animo diros cruciatus pro Christo pati voluerunt. Secunda laus muliebris sexꝰ est de pudicitia & honestate: Inuente sunt mulieres & quidem innumere: q̄ honestatem & pudicitiam cunctis rebus huius mūdi prepositerūt. Susanna ut habetur Danielis. xiii. ca. preelegit mori falso crimina ta & accusata: q̄ senibus libidinosis consentire. Lucretia matrona Romana: a filio Tarquini superbi vi cognita: semetipsaꝫ peremit: vt dicit Aug9. li. i. de ci. dei. Eufrosina domo patris relicta: virilicꝫ habitu sumpto: usc̄ ad mortem incognita manēs in monasterio: ha bitu monastico induta: virginitatem usc̄ ad mortem prudētissime conseruauit. vt ponitur in vitas patrum. Et ne multis īmorer ma ter domini nostri Ihesu cristi: virgo virginum nuncupat̄: quia oīs mundicie & castitatis speculum mundissimum fuit. cuius exemplo usc̄ in presentem diem pene innumere iuuencule virginitatē suaꝫ dño consecrarunt: vt nostra sanctissima Clara: & alie etiam tempo ribus nostris. Necꝫ aliter q̄ vana censeri potest malorum hominū sententia: qui aiūt mulierem nullam bonam: & vt poeta canit: Ca/ sta est quam nemo rogauit. Mentiuntur vticꝫ: quoniā & nupte plurime immo pro maiori pte viris suis fidem quam̄ pmiserunt in uiolabiliter seruant: & virgines deo dedicate: ac alie viduitateꝫ te nentes: in sua pudicitia firmiter pseuerāt. ¶ Tertia laus muliebris sexus est: de clementia & liberalitate: Mulier fuit Regina Saba: que venit a finibus terre ad Salomonem: & donauit ei centum vi/ ginti talenta auri: & aromata multa nimis: & gemmas precios as: vt habetur. iii. Re. x. ca. Nota hic scd̄m Huguitionem & Chatoli con: & Isidorum. xvi. ethimologiarū: q̄ talentum est quoddam pō dus quod summū esse phibetur: nam nichil est calculo minus nichil talento maius: Cuius varium apud diuersas gentes pondus habet̄. nam apud Romanos talentū est. lxxii. librarū. sicut Plautus ostē/ dit: qui duo talenta esse dicit centum quadragintaquatuor libras. sꝫ est talentum minus. i. quinquaginta librarum & mediuꝫ: ut dictuꝫ est septuaginta duarū: & summū centū uiginti libraruꝫ: Accipien/ do ergo talentum minus: centū viginti talenta faciunt sex milia li/ bras. Apparet ex hoc q̄ liberalis fuit prenoīata Regina. At Vale rius maximus in rubrica de liberalitate. & Titus liuius li. ii. de. ii. bello punico Paulam canusinam cōmendant: quoniā mulier illa cla ra diuitiis Romanos omnes qui de clade cannensi Canusium fuge/ rant circa decēmilia ciuium Romanorum solum menibus ac tectis

UVA. BHSC. IyR_144

a canusinis receptos: ꝑpriis sumptibus frumēto veste etiam viatı/
co iuuit ¶ Videmus insup cotidie mulierum helemosinis tot paupe
res tot religiosos & mēdicātes sustentarı. De sancta Paula Roma
na Hieronimus ita scribit in epitafio suo: Postq̄ vir mortuus est:
ita eum planxit: vt ꝑprie ipsa morıretur ita se cōuertit ad dei ser/
uitutem: vt mortez eius videretur optasse. Quid ergo referaz am
ple & nobilis domus & quōdaz opulentissime omnes pene diuicias
in pauperes erogatas ¶ Quarta laus mulıebris sexus est: de deuo/
tıone & pietate ¶ Tempore namq; ꝓsecutionis cristıanorum: mulie
res confessorıbus sanctis ministrabant necessarıa vite: & martıruz
corpora sepeliebant. vnde Ecclesia dicit in officio sancti Andree:
Maximilla Cristo amabilis: tulit corpus Apostolı: & optimo loco
cum aromatıbus sepeliuit. Hec maximilla vxor fuit Egee: Drusia
na mater pauperum: Iohannez euangelistā apud Ephesuz hospitio
deuotissime recipiebat: quam & ipse a mortuis suis meritis resusci
tauit. Lucina Romana corpus martırıs Sebastıani inuentum: tra
dı procurauit sepulture. & obmissis aliis: Mulieres inquit Marc9
vltimo ca. emerunt aromata vt veniētes vngerent Ihesum. Quāta
autē ad cultum dei sit comuniter mulierum deuotıo: experientıa
magistra rerum hoc manifestat. Magnus ergo in celo erıt nume/
rus mulierum: que simul cum Cristo gaudebunt in delıciis ꝑadısi.

¶ De mulierum excessiuo & reprehensibılı ornatu. Ca. iii.

VIlieres quas tam ample laudıbus bucusq; ꝓsequutı sum9:
in hoc mısterıo reprehensibiles arguendasq; ostendaz: qm̄
hodierna die ꝑpter excrescentes vanitates suas cōminatur
nobis altissimus deus p Isayam ꝓphetam suum. iii. ca. & dicit: Pro
eo q eleuate sunt filie syon: & ambulauerunt extenso collo: & nutı
bus oculorum ibant: & plaudebant: & ambulabant pedıbus suis: cō
posito gradu incedebant: decaluabıt dominus verticez filiarū syon
& dominus crinem earum nudabıt: in dıe illa auferet dominus or
natum calcıamentorum: & lunulas: & torques: & monilıa: & armil
las: & mitras: & discriminalıa: & perischelidas: & murenulas: & ol
fatorıola: & maures: & anulos: & gemmas in fronte pendentes:
& mutatorıa: & pallıola: & lintheamina: & acus: & specula: & sindo
nes: & theristra. & erıt ꝑ suaui odore fetor: & pro zona funiculus:
& pro crispantı crine caluicium: & pro fascia pectoralı cılıcioz: pul
cherrimi quoq; vırı tui cadent: & fortes tui in prelıo: & merebunt
atq; lugebūt porte eius: & desolata in terra sedebıt. Dicendū ıtaq;

UVA. BHSC. IyR_144

est in hoc misterio quare mulierum ornatus reprehensibilis est: & exosus deo. & ad hoc assignari possunt quatuor precipue & principales rationes ¶ Prima dicitur additionis ¶ Secunda parificatiois ¶ Tertia: intensionis ¶ Quarta: inhonestatiois. ¶ Prima ratio q̃re mulierum ornatus est reprehensibilis dicitur additionis. Excedũt quidem in hoc ꝙ addere satagunt opificio dei: naz breuitati corporis immo conuenienti state adinueniunt altas caligas: quas calciantes videntur statura magne. defectui capillorum addũt capillos & adulterinos & extraneos. colori facieı supaddunt ceruſa & alia feda fucameuta. De quibus dicitur de. ix. di. iiii. cap. Fucare ¶ Secunda racio quare mulierum ornatus est reprehensibilis dicit̃ parificationis. Contendunt siquidem minores & populares: equare se maioribus & principalioribus ¶ Comptum vtiq; est: ꝙ quidaz vendidit vinum & bibebat aquam: vt manicas sericas emeret vxori. Non licet artifici vel agricole vxorem induere precioſis & delicatis vestibus: maxime duz possibilitas abest. sed dieb9 istis in quo libet gradu homines corrupti sunt: nam intantum excreuit ornamentorum pompa: vt necesse sit amplissimas dotes filiabus nubili bus dare: Ob quam causam ille qui plures habet filias: vix vnaz potest nuptui tradere. Si vna nubat: alie vel in domo remanẽt: vꝫ nõ ꝓpter deũ: sed quasi vi moniales fiũt. Taceo flagicia que sequũtur ex his: dicit Hiero. ad Eustochium: Pudet dicere: quot cotidie virgines ruant: quãtas de suo gremio perdat mater Ecclesia: propter quod sup sidera supbus inimicus ponat tronũ suuz. quot petras exe cuit: & habitet coluber in foraminibus earum: videas pleraſq; viduas anteq̃ nuptas: & infelicem conscientiam mentita tantũ veste protegere: quas nisi tumor vteri & infantum prodierit vagitus: erecta ceruice: & ludentibus pedibus incedunt: & cetera ibi. Non reprehendimus: non damnamus: decentem ornatum. quia ut inqt Ag9. xli. di. ca. Quisquis. Quid loco & tẽpori & personis cõueniat attendendum est: ne temere flagicia reprehendamus. Sed cur tot expense fiunt: vbi non debent: immo vbi comode fieri nõ possunt: Si fiũt: inquis quomodo fieri nõ possunt: fiunt fiũt. sed vnde acquiruntur pecunie: heu heu infelix temporum horum conditio: Cristiani omnes iustitie & veritatis obliti: extenderunt iam man9 suas ad fraudes: ad deceptiões: ad rapinas: ad impia & turpia lucra: ad contract9 ꝓhibitos: & vsuras publicas: vix vn9 reperitur de mille qui vt acquirat & thesauriset conscientiam non inficiat.

UVA. BHSC. IyR_144

¶ Tertia ratio quare est reprehensibilis mulierum ornat9: dicitur intentionis. Nam posito q̄ scd̄m sui status decentiaꝫ mulieres se ornent: tamen si que inueniantur in tali ornatu intentionem habere: vt virorum aspitientium animos ad sui concupiscentiam alliciāt: cū hoc sit contra caritatem dei & proximi: etiam si non sequat̄ alicui9 ruina: mortaliter peccant. quia est ibi ꝓprie & ꝑ se scandalum actiuū & mortale: scd̄m Tho. xxii. q. xliii. ar. iii. & iiii. De talibus sic se ornantibus dicit Hiero. ad sacras virgines de continētia virginali: Impudicissimus mulierum affectus semper in lapidibus: semper in gemmis: semper in ornamentis extrinsecis gloriam ponit. non sufficit eis libido innata nature: sed occasionem querunt explende libidinis. ¶ Affectant ꝓcul dubio: ut oculi virorum aurum contemplantes & gēmas: tandem figantur in faciem: vt furtiuis oculoruꝫ suorum nutibus facilius incitent ad libidinosum incendiū: hec ille.

¶ Si vero alique se ornant ꝓpter iactantiam & vanam gloriam ibi cōstituentes finem suuꝫ vltimum: magis diligentes illam gloriam: q̄ salutem anime sue: vel gloriam eternam: parate facere contra precepta domini: vel ecclesie: vt possint consequi illam laudem: ipse adhuc mortaliter peccant. Si autem id faciant: vt virum a concupiscētia retrahant aliarum mulierum: nullum tunc ibi erit peccatuꝫ. Sꝫ quis intentionem seu ornatum cognoscere potest nisi deus: ꝓ maiori siquidem ꝑte hoc solet esse mulierum scutum: vt asserant se ornare intentione placendi viris suis. Si verum dicunt bene est: sinautē imputetur eis. ¶ Quarta ratio: quare est reprehensibilis mulierū ornat9: dicitur inhonestationis. ¶ Decet namq̄ mulieres honeste loqui: honeste incedere: honeste conuersari: honeste deniq̄ se ornare quia honestas extrinseca mentem ostendit pudicam. Inq̄t eīꝫ Ari. libro primo rhetoricorum: Opera signa habitus sunt: & iiii. ethi.

¶ Vnusquisq̄ qualis est: talia dicit & operatur: & sic viuit. Et Sapiēs ecclesiast. xix. Amictus corporis: incessus hominis: & risus dentiū enuntiant de illo. Cum igitur multe sunt mulieres inhoneste se ornantes: non possunt de inhonestate nō vituperari. hee sunt que denudant pectus: ostendunt collum: discooperiunt brachia: ludūt cū oculis: loquūtur scurrilia & ociosa. de quibus Hiero. ad matrem & filiam ait: Palliolum interdum cadit: ut candidos nudet humeros. Et ad Furiam idem inquit: Aut loquendum nobis vt vestiti sum9: aut vestiendum ut loquimur lingua: personat castitatem: & totum corpus prefert inpudicitiam. Arbitror ego: nil ita exornare posse

UVA. BHSC. IyR_144

mulieres: ſicut honeſtatem. Hinc & tibi qui vxorem ducere cupis audeo dicere illud quod Hieroni9. ſcribit ad Demetriadem virgi nē: Illa tibi ſit pulchra: illa amabilis: illa habenda ꝑ ſocia: que neſcit ſe eſſe pulchram: que negligit forme bonū: & procedens ad publi/ cum non pectus & colla denudat: nec reuocato pallio ceruices apit & vix vno oculo: qui vie neceſſarius eſt: patēter īgredit̄. Et recte hic aſſerit: quia ve illi qui vane vxoris incurrit cōmertium. Mul/ ta eſſent de huius exceſſibus enarranda que breuitatis cauſa relin/ quimus: Id tamen concludimus: ꝙ mulierum publicas pōpas deus guerris & aliis tribulationibus domat. A quibus nos liberet ipſe qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum Amen.

Sermo nonus de iudicio dei cōtra fetidos ſodomitas.

ANimo trepidanti: cordeq; gelido cōmemorandum eſt a nobis: quid egerit robuſta manus excelſi dei: contra ho mines ſodomitas. Nam temporib9 noſtris maxima cri/ ſtianorum multitudo heu heu vicio ſodomitico periclī/ tatur. Neq; ſcelus tam nefandiſſimum ſilencio eſt pretereundum quinymo acriter inſiſtendum eſt ad eius deteſtationem: exprobra tionem: & increpationem. Ob illud ſiquidem vt patebit ſodomitis indignatus deus: igne de celo miſſo: & regiones & homines cūctos deleuit. Quare in hoc ſermone de ſubuerſione ſodomorum dicēdū eſt: de qua declarabimus tria miſteria. Primum dicitur: rationis Scundum: reuelationis Tertium: modificationis.

Quod propter peccatum execrandum ſodomie deus celeſti igne deſtruxit gentes ſodomorū. Ca. primū.

IPſe cauſa putant plerique increduli: Sodomam fuiſſe deletā Dicit enī Paulus boroſius li. primo: ꝙ ante annos vrbis cō dite mille centum ſexaginta arſit Sodoma. quod Corneli9 tacitus etiam ſcripſit: licet cauſam taceat. Sz Iſidorus. xiiii. ethimo logiarum expreſſe ſic loquitur. Pentapolis regio in confinib9 Ara/ bie & Paleſtine ſita: dicta a quīq; ciuitatibus īpiorū: q̄ celeſti igne conſumpte ſunt: terra amplius a Hieroſolimis olim vberrima: nūc autem deſerta atq; exuſta. Nam pro ſcelere incolarum de celo de/ ſcendit ignis: qui regionem illam in cineres eternos diſſoluit. Cui9 vmbra quedam eſt ſpecies in fauillis & in arborib9 ipſis: etiam ad/ huc videtur. Naſcuntur enim ibi poma virentia: ſub tanta ſpecie

UVA. BHSC. IyR_144

maturitatis: vt edendi desiderium gignāt: si carpas: fatiscūt ac re/ soluūtur in cinerem: fumūq; exalant: quasi adhuc ardeant. hoc ipm ponit Ag9. li. xxi. de ci. dei. ca. v. Scripturam ergo sanctam imitā tes: firmiter dicimus & tenemus: q; vicium sodomiticu3 causa fuit illius ardentis & inflāmati iudicii: nec miru3: cum peccatum illud sit grauissimū: & deo benedicto fetidum & exosum: immo angelis & hominibus recta sapientibus. cuius grauitatem ostendunt nobis potissime tria ¶ Primum: nominatio ¶ Secundum: vociferatio. ¶ Tertium: punitio.

¶ De grauitate vicii sodomitici.

¶ Primum quod ostēdit vicii sodomitici grauitatē: dicitur noīatio: Nominatur enim quadruplici vocabulo ¶ Primum est crimen pes simum ¶ Secundū passio ignominie ¶ Tertiū turpitudo. ¶ Quartū abhominatio. ¶ De primo est textus genesis. xiii. vbi dicitur Ho/ mines sodomite erāt pessimi peccatores. & genē. xxxvii. Accusauit Ioseph fratres apud patre3 de crimine pessimo. Magister in histo ria scolastica de coytu cum brutis: licet scd3 Nicolau3 de lira aliqui exponant: vel de odio in ipsum Ioseph: vel in rixa pessima ¶ De se cundo vocabulo dicit Apostolus ad Romanos primo ¶ Tradidit il/ los deus in passiones ignominie: nam femine eoru3 mutauerūt na/ turalem vsum: in eum vsum: qui est contra natura3 ¶ De tertio vo cabulo sequitur ibidem Paulus: Similiter autem & masculi: relicto naturali vsu femine: exarserunt in desideriis suis: masculi in mascu los turpitudinem operantes ¶ De quarto vocabulo scribitur leuiti ci. xviii. sic: Cum masculo ne cōmiscearis: quia abhominatio est. Ex his dicit Ciraldus odonis super. vii. ethi. q; Arist. posuit concubitū masculorū inter bestialitates consuetudinales: nō inter egritudina les. Et ideo talis bestialitas est inexcusabilis: nam bestialitas redu citur ad duo. s. ad naturam: & ad consuetudinem ¶ Primo modo est a natura. i. ex lesione nature. que quidem potest esse connaturalis: quia a natiuitate contracta ex mala complexione. vel actualis: quia ex aliquo casu incursa: puta ppter egritudinem: vel maniam. Qui busdam autē accidit exconsuetudine: puta illis qui sunt ad talia con sueti a pueritia ¶ Peccatum ergo sodomiticum omnino contra natu ram est. id grauius ceteris peccatis carnalib9: sicut pat3. xxxii. q. .v. ca. Adulterii. xxxii. q. vii. ca. Offerebat. ca. Vsus. de pe. di. i. ca. Si quis tam masculū. ca. Qui puero. xxxii. q. viii. ca. In eo. Ex/ tra de excessibus prelatorum capitulo Clerici.

UVA. BHSC. IyR_144

¶ Secundum quod oſtendit grauitatez vicii ſedomitici: eſt vocifera tio. Quatuor quippe peccata precipue inueniunt̃: que fortiter cla/ mant dei vindictam poſcentia: Primum eſt homicidaruz: gen̄. iiii. dixit deus ad Chaym: Ecce vox ſanguinis fratris tui Abel: clamat ad me. Secundum eſt peccatum oppreſſarum viduarū: vnde Exo di. xxii. dixit de9: Vidue & pupillo nō nocebitis. ſi leſeritis eos: vo ciferabunt ad me: & audiam clamorem eorum: & indignabitur fu ror meus contra vos ¶ Tertium eſt peccatum detentorū mercedis laborantium. & de hoc Iacobi. v. ca. Ecce merces operariorum: qui meſſuere regiones veſtras: que fraudata eſt a vobis clamat: & cla/ mor ipſorum in aures domini ſabaoth introiuit. Quartum eſt pec/ catum ſodomitarū. vnde gen̄. xviii. dixit deus: Clamor ſodomorū multiplicatus eſt nimis.

¶ Tertium quod oſtendit grauitatem vicii ſodomitici: eſt punitio. Inuenitur huius ſceleris quadruplex punitio. Prima eſt leuitici. ii. vbi dicitur: Qui dormierit cum maſculo coytu femineo: vterq; o/ peratus eſt nefas: morte moriatur: ſanguis eoruz ſuper eos. Per le gem inſup ciuilem ſodomitis infligitur pena mortis. C. de adulte/ riis. §. Cum vir. & in autentico vt non luxurientur contra naturaz collatione. vi ¶ Secunda punitio ſodomorum fuit nocte qua natus eſt Criſtus: Tunc enim omnes ſodomite morte ſubito perierunt: Hoc videtur ſentire Hiero9. qui ſup illo Iſaye. ix. ca. Habitantib9 in regione vmbre mortis lux orta eſt eis. ait: Lux illa: omnes iſto vicio laborantes extinxit. ne natura quam ſumpſerat: tanta īmūdi cia fedaretur ¶ Tertia punitio peccati ſodomitici eſt in peſtilēciis: quas frequēter ꝓpterea īmittit de9: vt p3. xxxii. q. vii. ca. Flagicia.

¶ Quarta punitio fuit in ſodomis: de qua dicemus in ſequētibus quid plura? Abhominabile ultra q̃ dici poteſt eſt peccatum iſtud: adeo vt feratur a quibuſdam ipſis demonibus deteſtandū. nam inter de mones aliqui inueniri dicuntur: qui dum viciuz iſtud ꝓpetrat̃: nul lo pacto volunt eſſe preſentes. O ſcelus nec nominandum: O malū omni vituperio dignum: O peccatum naturam maculans. O viciū ſpurciſſimum: a cunctis merito exprobrandum: damnatur a genti libus: Tantalus Rex frigioruz: qui rapuit Caminedez filiū Troy Regis Dardaniorū: vt eo abutereť. In Dardania regnauit Tros: a quo Troyani dicti ſunt. O quale dedecus qualiſue ignominia: in/ ter criſtianos tale quid cogitaturi: vel dicturi dico: ve mūdo a ſcan dalis: ve ſodomitarum conciuibus: ve quia excreuit hec pditiſſima

UVA. BHSC. IyR_144

iniquitas: ita vt pene omnes inuoluat ſtatus.

¶ Qualiter ſodomoruꝫ incendium fuit Habrae reuelatum: qui orauit pro populo: & quia non fuit populus dignus liberari: Habraaꝫ cū puenit ad numeruꝫ decem: nil dixit ampli9. ca. ii.

QOlens deus benedictus ſodomitas peſſimos iuſte deuaſtare: ſecretum ſuum aperuit Habrae dilecto ſuo: de quo cōſiderare debemus tria ¶ Primo: amicitiam ¶ Secundo: beniuolentiam: ¶ Tertio prudentiam.

¶ Quare deus voluit Habrae reuelare: q̄ ſodomite faciebant.

¶ Primo conſideremus in Habraam amicitiam: quia meruit eſſe amicus dei. ¶ Eſt vtiq; hoc vnum de vere amicitie ſignis: quādo quis cōmunicat amico ſecreta: vt plene poſui in ſermone de amicitia: in libro de virtutibus. vnde Ambroſius libro de officiis: Nil inqt occultat amicus ſi verus eſt. & Sapiens ꝙ puerb. xxv. Cauſaꝫ tuā tracta cum amico tuo. Tenenda tamen eſt ſemper regula Senece ad Lucillum dicentis: Omnia cum amico delibera: ſed de ipſo prius. de9 igitur verus erat amicus: cui fidelitas Habrae notiſſima erat. ideo dixit vt ponitur geñ. xviii. Num celare potero Habraam que geſturus ſum? dixit ergo illi: O care Habraam: clamor ſodomorū & gomorreorum multiplicatus eſt: & peccatum aggrauatum eſt nimis: deſcendam: & videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint. Scd̄m omnes doctores: deus cui nichil eſt abſconditum hoc ſic dixit in exemplum noſtrum: ne precipites ſim9 ad ferendas in proximos repente ſententias: & eos de facili morti adiu dicemus. de hoc eſt textus. ii. q. i. ca. Deus omnipotens.

¶ De oratione Habrae pro populo.

¶ Secundo conſideremus in Habraam beniuolentiaꝫ ad proximos: cum enim audiſſet verba dei: dixit: O deus meus: nunquid perdes iuſtum cum impio: ſi inuenti fuerint quinq̄gīta iuſti in ciuitate: peribunt ſimul: & non ꝑces loco illi: ꝓpter hos iuſtos ſi fuerint in ea? abſit vt rem hanc facias: & occidas iuſtum cuꝫ impio. Ait domin9: Si inuenero in ſodomis quinquaginta iuſtos: dimittam omnem locum ꝓpter eos. At vero Habraaꝫ deſcendit ad. xlv. deinde ad. xl. deinde ad. xxx. deinde ad. xx. deinde ad. x. auidus vt populus ab illa plaga liberaretur.

¶ Quod decem perſone faciunt populum.

¶ Tertio conſideremus in Habraaꝫ prudentiā: quia non deſcendit infra decem: ſcd̄ꝫ Nic. de li. hoc ideo fecit: quia decē faciūt populū

UVA. BHSC. IyR_144

Neq̄ videbatur conueniens: vt vbi non inueniretur popul9 iusto/
rum: indulgeret deus tot iniquis atq̄ peruersis.

¶ De terribili sodomorum cōcrematione. Capitulum tertium.

DAm dicendum est: quomodo deus vltus est iniquitatem il
lorum: qui ⁊ sic dicam ⁊ tam diu fatigauerant eius mētez:
vbi tria considerem⁹ ¶ Primo: angelorum apparitionez.
¶ Secundo: Loth liberationem. ¶ Tertio: ciuitatum deletionem.

¶ De angelis qui apparuerunt Habrae in specie iuuenum.

¶ Primo considerem⁹ angelorum apparitionem: dicit textus bi/
blie Abiit dominus. i. non apparuit: post̄q̄ cessauit loq̄: & Habraaz
reuersus ē in locū suū: venerūtq̄ duo angeli sodomā vespere: Nic.
de li. venerunt inquit in assumptis corporibus in specie iuuenum:
sedente Loth in foribus ciuitatis: expectante alicuius hospitis ad
uentum: qui occurrens eis: adorauit. i. reuerenter suscepit eos: pe
tens vt declinarent in domum suam. quibus ingressis: fecit conui/
uium & comederunt. Pro habenda aliquali intelligentia eorū que
hic dicūt̄ de angelis: notāda sunt tria. Primū q̄ angeli nō habēt cor
pora: sibi naturaliter vnita: vt docent oēs theologi: in. ii. sententia
rum. di. viii. & hoc ꝓbatur per Damas. & Dyonisium ¶ Tamen con
tra hoc arguūt aliqui: nam Origenes in libro periarchon dicit sic:
Solius dei. i. patris & filii & spiritus sancti vere id ꝓprium est: vt
sine materiali substantia & absq̄ vlla corporee additionis societate:
intelligatur existere. Bernardus etiam dicit omel'. vi. sup cantica
Demus soli deo sicut īmortalitatem: sic incorporeitatem: cuius na/
tura sola nec ꝓpter se: nec ꝓpter aliud solatio indiget instrumenti
corporei: liquet autem omnem spiritum creatum: corporeo indige
re solatio. & Ag9 in. ii. sup gen. ad lit. & in. iii. de trini. & in. viii.
de ci. dei. & in li. de Eccles. dogmatibus videtur asserere: q̄ angeli
habēt corpora aerea & subtilissima. & Gregorius in omel'. epipha/
nie nominat angelum animal rationale. His auctoritatibus respon
det sanctus Thomas. i. pte. q. li. q̄ aliqui estimauerunt: nullas sub
stantias incorporeas esse: nisi corporib9 vnitas a deo: quod q̄dā etiā
deū posuerunt esse animam mundi. vt Ag9. docet li. vii. de ci. dei.
sed quia hoc fidei catholice repugnat: que ponit deum sup oīa exal
tatum scd̄z illud ps. Eleuata est magnificentia tua super celos. Ori/
genes hoc de deo recusans dicere: In aliis secutus est aliorum opi/
nionem: sicut & in multis aliis deceptus fuit: sequens antiquorum
philosophorum opiniones: vnde Hiero9 ad Desiderium de illo īq̄t

UVA. BHSC. IyR_144

Origenes melior in bonis: peior in malis fuit. cui9 hereſes in libris periarchon: quos ipſe compoſuit maxime inueniri dicunt̃: Magiſt. in hiſtoria ſcolaſt. ſup gen̄. circa principiū: Periarchon eſt liber: in quo Origenes dixit. Criſtum adhuc in aere pro demonib9 pati debere: ſicut in terra pro hominibus paſſus eſt: non tenetur igit̃ eius dictum: q̄ angeli habeant corpora. Verbum vero Bernardi exponitur: q̄ ſpiritus creati indigent corporeo inſtrumento: non naturaliter vnito: ſed ad aliq̄d aſſumpto: vt dicitur. ſ. ꝓpter inſtructiō3 noſtram: Ag9. autem loquitur non aſſerēdo: ſed platonicorū vtēs opinione. Gregorius vero nominat angelum rationale animal methaforice: propter ſimilitudinem rationis. ¶ Secundum notandu3: q̄ quidam dixerunt: angelos corpora nūq̄ aſſumpſiſſe. ſed omnia q̄ in ſcripturis diuinis leguntur de apparitionibus angelorum: contigiſſe in viſione ꝓphetie: hoc eſt ſecundum ymaginē. ſed hoc dictū Tho. repugnat intentioni ſcripture: illud enim quod ymaginaria viſione videtur: eſt in ſola ymaginatione videntis. vnde nō videt̃ indifferenter ab omnibus. ſcriptura autem diuina: ſic introducit interdum angelos apparentes: vt cōmuniter ab omnibus viderent̃: ſicut angeli apparentes Habrae: viſi ſunt ab eo: & a tota familia ei9 a Loth & a ciuibus ſodomorū. Similiter angelus q̄ apparuit Tho bie: ab omnibus videbatur: exquo manifeſtū fit iſta contigiſſe ſcd3 corpoream viſionem: qua videt̃ id quod poſitum eſt extra videntē: vnde ab omnibus videri poteſt. ¶ Tali autē3 viſione non videtur niſi corpus: cum ergo angeli neq̄ ſint corpora: neq̄ habeant corpora ſibi naturaliter vnita: relinquitur q̄ interdum corpora aſſumant. aſſumūt autem illa ex aere cōdēſando ipſum virtute diuina: quātū neceſſe eſt ad corporis aſſumendi formationem. nam aer condēſatus figurari: & colorari poteſt: corpus vero aſſumptum ab angelo vnitur ſibi: non quidem ut forme: ſed ſicut motori: repn̄tato ꝑ corpus mobile aſſumptum. ſicut enī in ſacra ſcriptura ꝓprietates rerū intelligibiliū ſub ſimilitudinib9 rerū ſenſibiliū deſcribūt̃: ita corpora ſenſibilia diuina virtute ſic formant̃ ab angelis: ut congruant ad repreſentādum angeli intelligibiles ꝓprietates: & hoc eſt angelū aſſumere corpus. & licet angeli non indigeant corpore aſſumpto ꝓpter ſe ipſos: tamen aſſumūt corpora ꝓpter nos: vt familiariter cum hominibus conuerſando: demonſtrent intelligibilem ſocietatem: quam homines expectant: cum eis habendam in futura vita. Hoc etiam q̄ angeli corpora aſſumpſerunt in veteri teſtamento:

UVA. BHSC. IyR_144

fuit quoddam figurale iudicium: ꝙ verbum dei assumpturuꝫ esset corpus humanum · Omnes enim apparitiones veteris testamenti: ad illam apparitionem ordinate fuerunt: qua filius dei apparuit in carne. ¶ Tertium notandum · ꝙ sicut non est contra veritatem: ꝙ in scripturis intelligibilia sub figuris sensibilibus describunt̃: quia hoc non dicitur ad astruendum: ꝙ intelligibilia sint sensibilia: sed quia per figuras sensibilium ꝓprietates intelligibiliū scd̃m similitudinē quandam dantur intelligi: ita non repugnat veritati sanctorū angelorum: ꝙ corpora ab eis assumpta vident homines viuentes: licꝫ non sint. non enim assumūtur nisi ut ꝑ ꝓprietates hominis: & operum hominis spirituales ꝓprietates angelorum: & eorum spirituali opere designantur: quod non ita cōgrue fieret: si veros homines assumerent: quia ꝓprietates eorum ducerent in ipsos homines: nō in angelos. quare angeli ꝑ organa assumptorum corporum non sentiunt: nec tamen illa organa supflue sunt formata: quia nō sunt formata ut per ea angeli sentiāt: sed ad hoc vt ꝑ huiusmodi organa virtutes spirituales angelorum designētur: sicut per oculum designat̃ virtus cognoscitiua angeli: & per alia membra alie ei9 virtutes: vt dicit Dyo9. ul. ca. celestis ierarchie. ¶ Ad historiaꝫ itaq; reuertētes enarremus quid actum sit: & scribitur in textu biblie: ꝙ viri ciuitatis a puero vsq; ad senem vallauerunt domum: & dixerunt Loth: Educ viros illos huc: vt cognoscamus eos. quibus Loth obtulit filias: que nondum cognouerant viros: dicens: Accipite illas & abutimini eis: viros autem istos non tangatis. ¶ Hic queritur: vtrum Loth sic faciens peccauerit: & quidam dicunt ꝙ non: eo ꝙ de duobus malis minus est eligendum. vt patet di. xiii. ca. Duo. & .xxii. .q. iiii · ca. Iurauit. & ca. Non solum. sed Nico9. de li. dicit: ꝙ istud intelligitur in corporalibus seu temporalibus: non autem in spiritualibus: quoniam ut dicit Ap9. Non sunt faciēda mala: vt inde veniant bona. & idem dicitur. xxxii. q. iiii. ca. Sic non sunt. & .xxxii. q. .v. ca. Si quis vxorem. Quare illicitum fuit Loth concedere filias ad abusum: Caritas enim est ordinata: & ideo nullus debet cōmittere aliquid inordinatum: vt precaueat a maiori peccato alterius. Loth ergo non potuit offerre filias suas: quin consentiret peccato mortali. excusatur itaq; a tanto: sed non a toto: tum ratione perturbationis mentis in qua erat: tum quia vicio pessimo in suis ciuibus & violentie in hospitibus occurrere intendebat. Duꝫ ergo sodomite violētiam inferre temptarent: ita vt vellent effringere portas

UVA. BHSC. IyR_144

domus: angeli introduxerunt Loth clauseruntq; hostiū: & eos qui foris erant percusserunt cecitate: a maximo vsq; ad minimū. Nic. de lira dicit: q; pcussi sunt cecitate non priuatione visus: sed acrisia. Magister in historia scolast. Acrisia est: quando homines habēt oculos aptos & non vident: quod magi faciunt incantationibus. Fit insup aliqñ q; homines rez habent in manu: & non vidēt. & hec etiā est acrisia: ab a quod est sine: & crisis iudicium.

¶ Secundo considerem⁹ Loth liberationem: Dixerunt angeli ad Loth: omnes tuos educ de vrbe hac: delebimus enim locum istum: & ingressus Loth ad generos suos: ait eis: Surgite & egredimini: quia delebit dominus ciuitatem istam. Non est credendum: ut ait Hiero9. bis qui dicunt alias filias a predictis virginibus Loth habuisse: habentes viros: que cum viris submerse sunt. sed generos vocat futuros generos. vñ hebrayca veritas habet: Egressus ē Loth ad sponsos: qui noluerunt egredi: & visus est eis ludens loqui. mane dissimulante Loth exire: apprehensum eum cum vxore sua & filiabus suis statuerūt eum angeli extra ciuitatem: dicentes: ne respicias retro: sed in monte saluū te fac. qui ex pturbatione nondū plene credens domino: ait: non possum in monte saluari ne forte apprehendat me malum & moriar. dicit Magist. in historia scolast. forte senex: montium frigora: & laborem vie horrebat. addit Loth: Est hic ciuitas parua: ad quam fugere sufficio: vt saluer in ea. & ait dominus: non subuertam vrbem pro qua locutus es. & ꝓpter verba Loth: vocata est ciuitas illa Segor. i. parua: q̃diu autem fuit ibi Loth: dominus pepcit ei. sed ut dicit Hieronimus: cōcussa fuit bis terremotu: vnde Loth timēs: egressus mansit in monte: & Segor post subuersione⁹ quatuor ciuitatū: tertio terremotu absorta fuit.

¶ Tertio considerem⁹ ciuitatum deletionem. Egresso Loth de sodomis: pluit dominus super ciuitates illas sulfurem & ignez. dicit Nico9. de lira: q; ignis sulfureus habet ardorem & fetorez: ad significandum vicium sodomitarum: quod fetet vilitate: & ardet ardore cōcupiscentie. & subuertit dominus ciuitates illas: & omnes habitantes in eis: Vxor vero Loth respiciens post se versa est in statuam salis: quam Iosephus dicit se vidisse. dicunt hebrei: q; hoc fuit quia peccauerat in sale: vt sic pena responderet peccato. Petēti eiz Loth sal pro condimento cibi angelorū (quos homines credebat) ipsa rēnuit apportare: quia non habebat caritatem ad hospites. Perierunt itaq; in igne omnes vtriusq; sexus: qui erant in ciuitatibus

UVA. BHSC. IyR_144

illis totaq; regio conuersa est in lacum. de quo Isidorus libro. xiii. ethimologiarū ait: q; dicitur mare mortuum: quia nichil gignit viuum: nichil recipit ex genere viuentium. Nam neq; pisces habet: neq; assuetas aquis & letas mergendi vsu patit aues: sed & quecūq; viuentia mergenda temptaueris: quacūq; arte demersa statim resiliūt: & quāuis vehementer illisa: statim excuciuntur. sed neq; ventis mouetur resistente turbinibus bitumine: neq; nauigationis patiens est: quia omnia vita carentia in ꝑfundum mergūtur. nec materiam vllaz sustinet nisi que bitumine illustratur. lucernaz accēsaz ferunt supnatare: extīcto lumine mergi. Puto q; sapiētissim9 deus statuerit lacum illū tam admirandis ꝑprietatibus sociari: vt sic magis occasionem habeant homines cognoscendi virtutem & potētiaz dei. Ipsa ergo sodomitas deleuit: nec passa est regionem illorum in lacum conuersam vt tactum est: vllo vnq̄ tempore habitabilem fieri. Caueant ergo qui cristiano nomine decorantur: ne tanto crimine irretiti: deuz celi conturbent: & inducāt: ut iudicet illos: & verberet flagello suo. A quo nos misericorditer liberet: qui est benedictus in secula seculorum Amen.

¶ Sermo vndecimus de iudicio dei contra Pharaonez & Egiptios: in populum iudeorum seuientes.

QVe repetimus frequentius de iudiciis dei viuentis: videntur bis: quibus lapidea corda sunt: & adamātina: frivola esse: ineptaq;: & abicienda. aiunt enim illa conficta inuentaq; esse: ut sic vulgares terroribus quatiantur. sz ꝑfecto rerum gestarum experiētia docet ipsos: velint nolint: esse mentitos. Offert namq; scriptura sancta vndiq; aptissima exēpla: & manifesta. in quibus luculenter cognoscere possumus q̄ terribilē oīpotēs de9 fuerit: & quidem sepius contra peccatores illū spernētes. inter q̄ extat illud vnum: de quo in presenti sermone erimus disceptaturi: quando. s. tot plagis pcussit Pharaonem: & populum egiptiorum: ꝑpter delicta & facinora sua. Quare de iudicio dei cōtra Pharaonem locuturi: tria misteria de illo ꝑponimus pcurrēda. ¶ Primum dicit̃ populi israhelitici afflictio. ¶ Secundum Moysi diuina electio. ¶ Tertium: Pharaonis & suorum punitio.

EQualiter Pharao & egiptii crudeles erant populo iudeorum. Capitulum primum.

UVA. BHSC. IyR_144

Peccauit Pharao contra populuꝫ dei: & Egiptii fecerūt ſimiliter. neq; arbitrandū eſt illuꝫ Pharaonē fuiſſe. ſub quo Ioſeph tam glorioſe ſublimatus eſt. qui vt dicit Vincētius in ſpeculo hiſtoriali: ille dictus fuit Mefres: poſt queꝫ & multi alii Phoraones regnauerūt ſucceſſiue in Egipto: uſq; ad iſtuꝫ Pharaonem Amenoſis nominatum: qui in iudeos acriter inſurrexit. quod ut melius innoteſcat: in hoc miſterio de pouplo iudaico tria cōſiderare debemus ¶ Primo: multiplicationem. ¶ Secūdo: perſecutiōꝫ. ¶ Tertio: aggrauationem.

¶ Qualiter multiplicatus eſt populus iudeorum.

¶ Primo conſideremus illius populi multiplicationem: dicitur enī Exodi. i. ca. Filii iſrabel creuerunt: & quaſi germinantes multiplicati ſunt: & roborati nimis: impleuerunt terram. & Aug9. xv. li. de ci. dei dicit. Ex vno Habraā nō multo āplius q̄drigētis annis multiplicatio hebree gentis tāta p̄creata eſt: vt in exitu eiuſdem populi ex egipto: ſexcentamilia hominum fuiſſe referātur bellice iuuētutis. ſcd̄m autem magiſtrum in hiſtoria ſcolaſtica. & colligitur ex. xii. ca. Exodi. Habitatio filiorū iſrabel in Egipto fuit quadringētorum triginta annoruꝫ. ſed nomine Egipti intelligēdus eſt oīs incolat9 eorū: q̄ icepit a p̄miſſiōe Habrae facta ī via Meſopotamie. ¶ Secundo conſideremus illius populi perſecutionem. quare. ſ. Pharao & Egiptii perſequebantur Iudeos. & dicit Ioſephus: q̄ Egiptii inuidebant eis: p̄pter virtutem ingenii: & laboris induſtriam: & affluentiam opum: & ſobolis nobilitatem. Secunda ratio aſſignat̄ Exodi. i. vbi dicitur: q̄ Pharao dixit: populus Iſrabel fortior eſt nobis: opprimamus eum: ne multiplicatus inſurgat contra nos: vl̄ adulando hoſtibus noſtris exeat liber ¶ Tertia ratio ponit̄ in glo. ſup Matheum: q̄ diabolus preſagiens Criſtum naſciturum ex hebreis: populuꝫ extinguere nitebatur. concurrebant ergo ſimul: inuidia populi: timor Pharaonis: & malicia diaboli ¶ Tertio conſideremus illius populi grauationem: Impoſuit Pharao illi populo graues angarias operum: ſcd̄m Magiſtrum in hiſtoria ſcolaſt. quibus fracti non vacarent amplexibus: & magiſtros operum prefecit Egiptios: ut durius affligerēt eos. Compellebātur coquere lateres: ex quibus ampliarent̄ ciuitates. ſ. Phiton: & Rameſſen: que erant in finibus egipti: & fortificauit eas Pharao: ponens ibi armatos: ne quis poſſet ingredi vel egredi ſine regis nutu. Aliud opus non tam graue q̄ ſeruile īpoſuit eis: vt lutū platearū: & ſordes vicorum

UVA. BHSC. IyR_144

cophinis exportarent. de quo in ps. Manus eius in cophino seruie/
runt. Tertium etiam addit Iosephus: vt. s. fluuium per multas de
riuationes diuiderent: & circūdarent ciuitates fossatis. Quāto ma
gis autem opprimebantur: tanto magis deo auctore multiplicabā
tur. Quod videns Pharao: precepit obstetricibus hebreorum: Se/
phore: & Phae: que scdm Nicol. de lira: erant Egiptie: & preerāt
multitudini obstetricum: vt masculos hebreorum obstetricādo in
terficerent: & abortum factum mentirentur: feminas autē reser/
uarent. dicit Magist. in historia: q̄ hoc factum est: tum quia femi
ne non poterant surgere contra Regem. tuz quia volebant illas ad
luxuriam Egiptiorum: tum quia erant vtiles. scdm Nicolaū de li.
ad aliqua opera: que Egiptii facere nesciebant. In tot angariis: in
tot laboribus: non satiebatur crudelitas Pharaonis. Quinymo cuz
obstetrices quod ordinauerat facere noluissent: dicentes hebreas
mulieres artem obstetricādi habere: & absq̄ illis parere: precepit
Pharao omni populo suo dicens. Quicqd masculini sexus natuz fue
rit. s. de iudeis: in flumen proicete. & quicquid feminei: reseruate.
O quantus erat meror: quantusue luctus hebreorum. quot lamēta
quot gemitus: clamabant ad deum creatorem omnium: Miserere
nostri domine: miserere nostri: subueni nobis: & fer pereuntibus
opem: adiua nos deus salutaris noster: & q̄pter gloriam nominis
tui dñe libera nos: nec patiaris nos tam dure vexari ac molestari.

¶ Quod deus exaudiuit clamorē populi Iudaici: & elegit
Moysen ducem & liberatorem. Capitulum secūdum.

NOn derelinquit in se sperantes deus: qui si quādoq̄ illos pa
ti secreto suo iudicio sinat: tandem sue misericordie venam
aperire non desinit. voluit ergo q̄ pietate sua: populum in
afflictione clamantem exaudire. Elegitq̄ Moysen ducem: & libe
ratorez. quez amplissimis prerogatiuis donare dignatus est: vt aūt
hoc clarius habeatur: bñ est: vt de hoc Moyse in hoc secūdo miste
rio tria consideremus. ¶ Primo: generationem ¶ Secundo: preser/
uationem ¶ Tertio: vocationem.

¶ De natiuitate & ortu Moysi: qui nat9 ē scdz bñplacitum dei.
¶ Primo consideremus Moysi generationē: nat9 quippe est Moy
ses scdm beneplacituz diuinum. dicitur nāq̄ Exodi. ii. ca. Egressus
est post: hic vir de domo leui: & accepit vxorem stirpis sue. que cō
cepit & peperit filium. dicit Nic. de lira: q̄ ista acceptio nō potest
intelligi de acceptione in matrimonio: quia dicitur post hic. i. post

UVA. BHSC. IyR_144

preceptū Regis de pueris ſubmergendis. Nā ante illud preceptū: vxor peperat Aaron: q̄ natus fuit ante Moyſen annis trib9. quod ꝓbatur Exodi. vii. ca. vbi dicitur: q̄ Moyſes octoagīta erat annorum: & Aaron octoagīta trium: quando locuti ſunt ad Pharaonē. Ideo Ioſephus & alii dicunt: q̄ iſta acceptio intelligitur de copula: quia propter edictum Regis: multi ſeparauerunt ſe ab vxoribus: q̄tum ad carnalem copulam: magis eligentes non generare: q̄ q̄ filii ſtatim nati ſubmergerentur in flumine. Et dominus ammonuit Auiram patrē Moyſi in ſomnis: q̄ ſecure ad vxorē accederet: quia ex illa filium generaret: qui populū eſſet liberaturus. & ſic eam cognouit. concepit ergo vxor Auiram: & peperit filium. ſc̄dm Magiſtrū in hiſtoria ſcolaſtica: ſilentio: eo q̄ non multum doloris partus ei intulerit: nec abſurdum: aut impoſſibile id cenſeri debet. q̄m Plutarchus refert in vita Ciceronis: q̄ quando in lucē venit Tullius: nullo puerperii dolore: tertio. Klñ. Ianuarii natus eſt. Abſcōdit ergo mater Moyſen tribus menſib9. Refert Ag9. xviii. li. de ci. dei. xxxix. ca. q̄ eo tempore quo Moyſes natus eſt: fuiſſe reperitur Athlas ille magnus aſtrolog9: Promethei frater: Matern9 auus Mercurii maioris: cui9 nepos fuit Mercurius termegiſtus.

Secundo conſideremus Moyſi preſeruationem: preſeruauit illū deus a periculis: ne violenta morte occideretur: vt enim inq̄t Nic. de lira: quia inquiſitiones fiebant in domibus: non potuit vltra illū abſcondere mater. Quare cōpulſa ſumpſit ſiſtellam ſcirpeam: ut dicitur Exodi. ii. cap. ideſt capſellam de iuncis contextam: & rotundam. vt dicit Magiſter in hiſtoria: & liniuit eā bitumine: ac pice. & ponens intus infantulum: in correcto ripe eum expoſuit: ne impetu fluminis rapet̄. ſtāte ꝓcul ſorore paruula Maria: & expectāte rei exitum: ex matris precepto. ſc̄dm Magiſtrum in hiſtoria: & ecce deſcendit filia Pharaonis: vt lauaretur in flumine. que vidēs ſiſtellam: afferri fecit & aperiri: videnſq̄ paruulum vagientē: miſerta eſt eius dicens: de infantib9 hebreorum eſt. Refert Ioſeph9 q̄ tante pulchritudinis erat: vt nullus adeo ſeuerus eſſet: qui aſpiciens illum: non diligeret. multiq̄ de poſt dum cernerent eum per plateam ferri occupationes in quibus ſtudebant deſererent. Dum igitur ſuſceptum: puerum expoſitum: vt Ioſeph9 narrat: alique Egiptie vellent lactare: nolebat illarum ſuggere māmas. At Maria ſoror diſſimulās q̄ frater eius eſſet: dixit filie Pharaonis: Vis dña vt aduocem aliquam hebream. que dixit: ſic. vocauitq̄ matrem: cui

UVA. BHSC. IyR_144

illa ablactandum tradidit filium: ꝑmisitq; mercedez. Suscepit mulier: & nutriuit puerum: adultūq; tradidit filie Pharaonis. que adoptauit illum in filium: vocauitq; nomen eius Moyses: dicens: quia de aqua tuli eum. scdm Magistruz in hystoria scolast. Egiptii mos aquam: is saluatuz dicunt. Addit Magister in hystoria scolast. q; dū quadam die Pharaoni filia obtulisset Moysen: vt & ipse eum adoptaret: admirans Rex pueri venustatem: coronam quam fronte gestabat: capiti illius imposuit. Erat autem in ea Amonis ymago fabrefacta. puer autem coronam iecit in terram & fregit: Sacerdos autem Heliopoleos a latere Regis surgens exclamauit: Hic ē puer: quem nobis deus occidendum mandauit. & voluit irruere in eum: sed auxilio Regis liberatus est. etiam ꝑsuasione cuiusdam sapientis: qui per ignorantiaz hoc factū esse a puero asseruit: in cui9 rei augmentū: cuz prunas allatas puero obtulisset: puer eas ori suo apposuit. & lingue sue summitatem igne corrupit. vnde & hebrei cū ipeditioris līgue fuisz ide ꝓcessisse autumāt. Postq̄ vero creuit vt habet Exodi. ii. ca. āplius fact9 robustus: vidit quadaz die: vnū de Egiptiis verberantem quendam hebreuz. & Moyses respiciēs huc atq; illuc: videns q; nullus adesset: interfecit eum: & abscondit in sabulo. dicit Nic. de lira: q; hebrei tenent: q; iste qui erat ꝓcussus ab Egiptio: fuit vir Salomith: que erat pulchra nimis: vt patz Numeri. xxiiii. ca. Egiptius autem ille erat vnus ex prepositis: qui ordinauit: q; hebreus in aurora surgeret: & veniret ad opera. at ille domum adiens ad Solomith: adhuc in lecto iacentem accessit: que credens esse virum: accepit eum. Postq̄ vero innotuit sibi ꝓditio: conquesta est viro. quare vir rixabatur cuz illo Egiptio: & ille verberabat eum. Moyses autem ex reuelatione dei: sciebat se esse electum ducem & defensorem illius populi. Itaq; sine peccato interfecit illum. Altera die vidit duos hebreos rixantes: & dum arguerz eum qui fecerat iniuriam. respondit: Quis te constituit in iudicem sup nos: num occidere me vis: sicut heri occidisti Egiptiuz? Audiuit Pharao verbum hoc: & querebat occidere Moysen. qui fugiēs per desertum: venit in terram Madian. sedit q; iuxta puteū. Erāt autem sacerdoti Madian. i. primati: qui antiquitus sacerdotes appellabantur: maiores & principaliores septē filie: ipse vero dicebatur Raguel: agnominatus Ietro: que venerant vt hauirent aquā gregibus suis. dicit Magist. in hist. scolast. Officium enim gregualendorum tunc erat etiam mulierū. Supuenientes vero pastores

UVA. BHSC. IyR_144

reppulerūt eas: quos ꝓhibuit Moyſes ab iniuria virginuꝫ. & adaq̃ uit greges earum. que maturius ſolito redeuntes: rogauerunt pa/ trem: ne beneficium peregrini retributione priuaretur. vocatuſq; Moyſes: iurauit ꝙ habitaret cum illo. & accepit vxorem filiā eius Sephoram: que peperit ei Geſſen. quod ſonat aduena: eo ꝙ in exi/ lio genuerat eum. peperitq; alterum quem dixit Heliaczar. i. diui num adiutorium. Deditq; ei ſocrus omnem curam gregum ſuorū: in quib9 ſcd̄z Magiſt. in hiſt. omnis antiqs barbaris erat poſſeſſio.

¶ Tertio conſideremus Moyſi vocationem: Non eniꝫ a ſe ipſo pre ſumptuoſe grandia eſt agreſſus: ſed a deo vocatus. Naꝫ dum paſce ret greges ouiuꝫ in deſerto: ut notatur Exodi. iii. ca. venit ad mon tem Sinay: qui ſcd̄m Magiſtrum in hiſt. ſcolaſt. in quadam ſui pte dictus eſt Oreb: & apparuit ei domin9 in flāma ignis de medio ru bi: qui ardebat & non conburebatur. vocauitq; dominus Moyſen: & ait Moyſes: Vadaꝫ: & videbo viſionem hanc magnam. & voca/ uit eum dn̄s de rubo & ait: Moyſes Moyſes: qui reſpondit aſſum. & dominus: Tolle calciamenta: locus enim in quo ſtas terra ſancta eſt. Ego ſum deus Habraam: deus Iſaach: & deus Iacob. vidi affli ctionem populi mei in Egipto: & deſcendi vt liberem eū. veni: mit tam te ad Pharaonem. Sunt & alia multa in textu biblie: in quibus luculenter oſtenditur: ꝙ deus Moyſen ducem illius populi elegit cui in ſocium dederit Aaron fratreꝫ eius. Confundantur ergo illi: qui deceptorem & ſeductorem accuſant Moyſen: & criminantur illum: quaſi ex vi ingenii & artis magnalia que de ipſo predicātur: feciſſe. Cōtra quos eſt ſcriptura diuina: tā veteris q̃ noui teſtamē/ ti prout expreſſius poſui in quadrageſimali de penitentia in ſermo ne de obedientia dei.

¶ De variis plagis & flagellis Egipti. Capitulum tertium.

Dicendum hoc tertio loco reſtat de variis dei iudiciis: quib9 omnem Egiptum & Pharaonem iuſte concuſſit. quod vt plenius intelligatur: tria conſiderare debemus.

¶ Primo Pharaonis obdurationem ¶ Secundo magoruꝫ operatiōeꝫ. ¶ Tertio Egipti plagationem.

¶ Primo conſideremus Pharaonis obdurationem. Cum eniꝫ Moy ſes & Aaron: corā Pharaone locuti fuiſſent māda dei: feciſſentq; ſigna: indurauit Pharao cor ſuū. & vt dicitur. xxiii. q. iiii. ca. Na/ buchodonoſor: ipſis flagell⁹ durior eſt effectus: & periit. Hac occa/ ſione queritur a doctoribus: vtrum obduratio ſit a deo? Et ꝙ ſic pꝫ

UVA. BHSC. IyR_144

quia Exodi.iiii.ca dixit deus: Indurabo cor Pharaonis. & Exodi. .ix.&.x.&.xiiii. Indurauit deus cor Pharaonis. & Isaye.lxiii.scri bitur: Indurasti cor nostrum ne timeremus te.& ad Ro.ix. Ap9. ait. Cuius vult deus miseretur: & quem vult indurat. Sed contra/ rium ꝓbari potest. dicit enim ꝓpheta ps.xciiii. Nolite obdurare cor da vestra.& Ieremie.v.ca. conqueritur deus dicens: Indurauerūt facies suas supra petram: & noluerunt reuerti. & Exodi.xvii.ca. Indurauerunt ceruicem suā ne audirent me: & ne acciperent disci plinam. Ergo videtur ꝙ induratio sit a ꝓpria malitia. Respondet Bonauent. di.xl.i.li.ꝙ obduratio vno modo dicit culpā: & sic scdm Agust. li. de predestinatione sanctorum: Obduratio nil aliud est: q̄ dei obuiare mandatis.& glo. ad Ro.ii.ca. Obduratio est obdura te mentis in malicie ꝑtinacia: per quam fit homo impenitens. hec est ab homine: non a deo. quia ut ꝓbatum est deo auctore nō fit hō deterior. Alio modo obduratio dicit penam: & quia omnis pena iu sta est & ordinata: sic obduratio est a deo: que nichil aliud est: q̄ sub tractio gratie qua homo non est dignus: quia illa abuteretur. ꝓpte rea de multis dicit deus id ps. Dimisi eos scdm desideria cordis eo/ rum: ibunt in adinuentionibus suis. Hinc Ag9. ait li. de libero arbi trio: Indurauit deus Pharaonem iusto iudicio: sed ipse se libero ar bitrio. Vnde cum audisset relata per Moysen & Aaron: uidisset ꝙ virgam conuersam in colubrum: & rursus colubrum conuersum in virgam. Iussit affligi populum: ne darentur eis palee: sed ipsi acq/ rerent: & redderent numerum laterum consuetum.

¶ Secundo consideremus magorum operationem. Nam vt dicitur Exodi. vii.ca. Magi Pharaonis ꝓiecerūt virgas in terrā: que ver/ se sunt in serpentes. Sed hic difficultas non parua oritur: vtrum il/ le virge conuerse sunt in veros serpentes? & quidam dicūt ꝙ ibi nō fuerunt veri serpentes: sed fuit tm̄ q̄daꝫ delusio. quia vt dicit Ag9. .iii. de trinitate: Non est putandum istis transgressoribus angelis ad nutum seruire: hanc visibilium materiam rerum: sed soli deo.

¶ Ratio istorum est: quia fortior erit diabolus tempore Anticristi: q̄ nunc. sed tunc mendaciter operabitur: ut dicit Ag9. ii. li. de ciui tate dei ca. xix. & Ap9. etiam scribit ad Th. ii. ca. Cuius aduent9 erit scdm operationem sathane: in omnibus signis & ꝓdigiis men/ dacibus. Verumtn̄ Alexander in. ii. li. soluit dicens: ꝙ cum in mē/ datio duo intelligantur. s. falsitas & intentio fallendi. in miraculis Anticristi aliquando erit falsitas ex ꝑte rei: aliquando erit veritas

UVA. BHSC. IyR_144

ex parte rei: non tamen ex ꝑte intentionis. Intendet quippe deci/
pere homines: & facere credere se esse deum. Sic opera magorum
Pharaonis erant uera ex ꝑte rei: sed mendacia ex ꝑte intentionis.
Intendebant namq; ipsi: vt videntes crederent. ꝙ opera sua ꝓcede
rent volente deo: sicut opera Moysi. tamen vt dicit Ag9. li. viii. de
ci. dei. ca. x. Faciebant illi veneficiis. i. incantationibus magicis: qb9
sunt angeli mali: hoc est demones: diti. Alii dicunt: ꝙ conuersio
uirgarum in serpentes fuit scd̄m apparentiam: & tamē ibi fuerūt
veri serpentes: quia demones ꝓpria virtute dimissi: poterant vir/
gas a magis ꝓiectas per motum localem impceptibiliter sensui hu
mano tollere: & loco earum serpentes aliūde portantes subponere
videmus enim: ꝙ aliqui per subtilitatem manuum & motū locale3:
aliqua sic transmutant ꝙ homines non ꝓcipiunt: multo fortius de/
mones. Nōnulli vero referunt ꝙ ibi fuit vera conuersio virgaru3
in serpentes. & hoc dicit Strabo in glosa. Modum autem assignat
Alexander in. ii. & Nico9 de lira: sup hoc passu: Nam demones ꝑ
motum locale3: possunt applicare actiua naturalia passiuis. & sic se
quūtur effect9 naturales: sicut applicatis lignis ad ignem per ma/
num hominis generatur ignis in materia lignorum. illa tamen ge
neratio est ab igne: sicut ab agente ꝓprio: & ab applicante ligna mi
nisterialiter tantum. Si obiceretur quia in textu dicitur Deuora/
uit virga virgas: ergo non erant serpētes. Respōdet Ag9. ꝙ istud
dictum fuit inicialiter & finaliter: ꝙ videlicet ex virga Moysi fa
ctus est serpens: & in virgam rediit. similiter virge magorum po
tuerunt dici virge inicialiter: sed non finaliter. Ideo virga Aaron
deuorauit. i. abstulit eis potestatem redeundi in virgas. quia & si
aliquo modo esset ordo naturalis: vt ex virgis fierent serpētes: nō
tamen econuerso.

¶ Tertio considerem⁹ Egipti plagationem: Voluit namq; deus
flagellare Egiptum decem plagis. Prima ponitur Exodi. vii. ca.
Aqua fluminis uersa est in sanguinem: & pisces qui erant in aqua
mortui sunt diebus septem. Dicit Magist. in hist. ꝙ fuit sanguis in
omni terra Egipti in fluuiis: riuis: & paludibus: & in vasis domo/
rum: tam ligneis: q̄ saxeis: foderunt ꝙ puteos Egiptii: per circui/
tum fluminis: & inuenerunt sanguinē. Refert Ioseph9: ꝙ hebreis
erat fluuius potabilis: licet esset mutatus. Egiptiis vero non solu3
colore sed etiam sapore amaro: cruorē preferebat. Secūda plaga
notatur Exodi. viii. ca. Ascendit multitudo ranarū: operuitq; totā

UVA. BHSC. IyR_144

terram Egipti. Asserit Ioseph9: ꝙ orte in breui moriebant̃: & pu/
trescentibus cadauerib9: fetor nimis noxius exhalabat ex aq̃: ymo
quasi quedam domestice domos intrantes: sic in cibis & potibus &
lectis inueniebantur. ¶ Tertia plaga adhuc annotatur Exodi. viii.
ca. ꝙ omnis puluis terre versus est in sciniphes ꝑ totam terram E
gipti: molestantes homines & iumenta. Magist. in historia scolast.
dicit: Sunt sciniphes musce adeo subtiles: ut visum nisi acute viden
tis effugiant. Addit Ioseph9: ꝙ innumera multitudo pediculorum
Egiptiis pullulauit: ex interiorib9 ebulliens: quos nec lauacris nec
medicamentorum vnguentis exterminare poterant. Nam vt re/
citat Magist. in historia: multis plagis preter decem famosas cre/
dibile est ꝑcussos Egiptios. ¶ Quarta plaga fuit: quia venit musca
grauissima. i. multitudo muscarum. ponit Magister in historia ꝙ
quidam Egiptiorum inter hec flagella timentes Egiptum peritu
ram egressi sunt: vt Cecrops: qui ingressus gretiam vrbem condi
dit: que postea dicta est Athene. Creditur etiam eadem tempesta
te. egressus Dionisius bachus: qui & agros condidit: & usum vinee
grecis dedit. ¶ Quinta plaga describitur Exodi. ix. ca. mortua sunt
omnia animantia Egipti: de filiis israel non. Nicolaus de lira inq̃t
Intelligitur de illis qui erant in campis. Sed Magist. in hist. dicit:
ꝙ de illis que erant in domibus: quia que in pascuis post grandines
perierunt: vel forte determinandũ non est: quia sine multo tempo
ris interuallo forte hec facta non sunt. & potuerunt aliũde habere
iterum animantia. non eni est credendũ: ꝙ hodie vna plaga & cras
alia ꝑcussi sunt: sed forte ꝑ quiquẽnium vel amplius vel minus.
¶ Sexta plaga fuit: quia facte sunt vesice turgentes in hominib9 &
iumentis. ¶ Septima plaga fuit: quãdo venerunt tonitrua & gran/
dines: & deuastauerunt (scd̃m Magist) ordeum & linũ: quia erãt
in spica. triticum & far non. ¶ Octaua plaga: venit locusta & deuo
rauit frumentũ: quia in quolibet mense: Kalendarii duo dies atro
colore tãq̃ abhominandi signati sunt. ¶ Ideo nota scd̃ꝫ Magistruꝫ ꝙ
Egiptiaci ideo dicũtur: quia in his passa est Egiptus. Ob quod vo
luit mater Ecclesia illos in Kalendario poni: vt diuina miracula
semper nobis exẽplo sint. Mathematici vero dicunt: ꝙ peritissimi
Egiptiorum astrologi: quasdam constellationes nociuas humanis
actibus in singulis mensibus deprehenderunt. quarum cõstellatio
nũ puncta vulgus ꝓpter imperitiam vitare nõ poterat: qua ꝓpter
cautum est: ut tota dies obseruaretur: ꝓpter horam illius abhomi

UVA. BHSC. IyR_144

nabilis lucis. 1. diei. sed hoc obseruari ꝓhibitum est. xxvi. q. vii. ca. Non obseruetis ¶ Nona plaga habetur Exodi. x. ca. Facte sunt tenebre horribiles in omni terra Egipti: vbi autem filii Israel habitabant: lux erat. Nicoꝰ de lira: Dicuntur horribiles: quia visione ymaginaria videbant multa fantasmata ut terrerentur ¶ Decima plaga fuit percussio & mors primogenitorum. quādo Moyses expletis omnibus que deus iusserat: & acceptis vasis aureis & argenteis mutuo ab Egiptiis: factuꝫ est noctis medio: ꝓcussit dñs omne primogenitum in terra Egipti: nec erat domus in qua non iaceret mortuus. Dicit Magist. in hist. ꝙ executio ista facta fuit per manuꝫ boni angeli: qui apparuerat Moysi in rubo: in ꝓsona dei. Agꝰ. tamen sup̄ illum locuꝫ ps. Immissiones per angelos malos ait: possimus sine dubitatione malis angelis attribuere mortes peccatoruꝫ. Nocte igitur illa congregato omni populo iudeorū: precinxere se ad iter: & mane oīs insimul iter arripuere. In egressu vero eoruꝫ vt dicit Magist. facto terremotu: multa templa Egipti cum suis ydolis corruerunt. Adhuc autem factum est: ꝙ Nilus preter soli tum inundans: terram in qua sepulchrum Ioseph erat cooperuit. ¶ Tenebantur autem Iudei: ex iuramēto asportare ossa eius ¶ Tunc Moyses scripsit in lamina aurea: nomē domini Thetragramaton: que iniecta aque supernatauit: vsq̄ dum veniēs stetit sup̄: vbi erat sepulchrum: & effodientes sustulerunt ossa. Nicoꝰ de lira sup. xiii. ca. Exodi hoc impugnat dicens. Que dicuntur de Nilo & ossibus Ioseph: videntur esse ficticia: tum quia glose Ebrayce: & Iosephus talia non dicunt. licet imponatur eis ab illis qui libros eoruꝫ nō viderunt. tum quia vna de causis quare ossa Ioseph remanserūt in Egipto fuit: vt per eius sepulchruꝫ memoria beneficiorū eius apud Egiptios diutius remaneret: & sic populus Israel mitius tractaretur. Ideo non est verisimile: ꝙ ossa eius essent posita in pratis vl̄ in campis: vbi aque possent inundare. sed in loco valde solemni & celebri: vbi aque non possent inundare. maxime cum tempore mortis eius esset potentissimus: & Regi & populo predilectꝰ. verūtn̄ hec ratio infrīgi pōt de facili: eo ꝙ nō est incōueniens: qñq̄ aquas: & maris & fluminum: preter spem & vltra solitū inūdare. Arist. primo metha. tractatu vltimo scd̄m nouam translationē. scd̄ꝫ vero veterem est in secundo: dicit: Non semper autē eadem loca terre neq̄ aquosa sunt: neq̄ arida. sed permutantur scd̄m fluuiorum generationes & defectus. ꝓpter quod & que circa arida ꝓmutan̄

UVA. BHSC. IyR_144

& mare: & non ſemper hic quidem terra: hic autez mare pſeuerat omni tempore. ſed fit mare quidem vbi arida: vbi autem nunc mare iterū hic terra. ſcdz tamen quēdam ordinem putare oportz hoc fieri: & periodum idem ſcdm Ariſt. videtur: q̄ cauſa iſtarum mutationum ſit motus celi cum ſole & ſtellis: & planetarum cōiūctiones. Inuenimus namq̄ q̄ tempore Gregorii ſecundi: vt narrat Ricobaldus in cronica: diluuium Rome ꝓpter aquas Tiberis qui tm intumuit: ut in via lata ad hominis ſtaturam & ſemis fuerit: durauitq̄ diebus ſeptem. letaniis actum eſt ad deum: & ceſſauit. Iteruz Anno Criſti milleſimoducēteſimotertio terremotus in Creta per maximus mare adeo concuſſit: vt aquas maris impulerit in ciuitatem Caridiaz tanto impetu q̄ omnia hedificia ruinauit: omnes homines fere occidit. mox adeo retroceſſit mare ex portu vrbis: vt vbi aqua ꝓfunda erat: tunc nulla videretur. arene fundi maris oculis hominum patuerunt. Anno ab vrbe condita quingenteſimo flumen Tibris ultra ſolituz intumeſcens: Rome hedificia in plano poſita deleuit. Sic potuit illa Nili inundatio eſſe ſingularis: ita ut ſepulchrū Ioſeph cooperuerit. ſed iſta ad rem non faciūt. Nos tantū ea que ſcriptura tradidit ꝓſequamur. Egreſſus ergo fuit Moyſes cum illa multitudine: & peruenit ad mare rubrum. Pharao autez ſequutus eſt cum certis curribus & equitibus quinquagintamilia: & trecentis milibus peditibus armatorum. Leuātes oculos iudei: & timuerunt valde. quia nec fugere poterant nec pugnare: eo q̄ inermes erant. quos confortauit Moyſes: & de mandato dei tetigit mare: & aqua diuiſa eſt: & populus dei pertranſiit ſicco veſtigio. Nec hoc diſcredendum dicit Ioſephus: cum Alexandro macedoni & excercitui eius: Darium inſequenti: mare Panfilicuz diuiſuz fuiſſe legatur. deo volente qui per eum Perſarum regnum deleri volebat. Egiptii vero tranſire temptantes: omnes perierunt. quoniā aque que velut muri fuerant diuiſe ex miraculo dei: iterum vnite ſunt & coniuncte. Sicq̄ turpiter Pharao & omnes ſui exercitus in mari rubro perierunt. Dicit autē Paulus horoſius li. i. ſic q̄ extant nunc certiſſima horum monumenta geſtorum: naz tractus curruū rotarumq̄ ſigna orbice: non ſolum in litore: ſed etiam in profundo quouſq̄ viſus admittitur puidentur. & ſi forte ad tempus vel caſu vel curioſitate turbantur: continuo diuinitus in priſtinam faciem ventis fluctibuſq̄ reparantur. hec ille. ¶ Timendus ergo ab omnib9 eſt deus: qui etiam creaturas ſuas armat ad vltionem inimicorum

UVA. BHSC. IyR_144

ſuorum. qui ſit ſemper benedictus in ſecula ſeculorum Amen.

¶ Sermo duodecimus de iuditio dei contra Iudai cum populum ingratum de deo murmurantem.

Iſi fuiſſent peccata grandia populi Iudaici: non tam frequēter pius & miſericors deus in deſerto duris caſtigationibus illum viſitaſſet. Elegit namq; Iudeorum gentem pre ceteris nationibus mūdi: & tamen quāto plura illis collata ſunt dona & beneficia: tanto crebrius ad iracūdiaꝫ deuꝫ ſuis ſceleribus concitauerūt ¶ Idcirco in hoc ſermone de iudicio dei contra Iudeos criminoſos in deſerto dicemus. De quib9 tria miſteria ꝓponimus declaranda ¶ Primum dicitur: beneficiorū largitio. ¶ Secundum: multorum peccatorum cōmiſſio. ¶ Tertium: diuerſarum penarum incuſſio.

¶ De ſeptem ampliſſimis beneficiis que largit9 eſt deus populo Iudeorum: Capitulum primum.

Ignatus eſt deus clemētiſſimus ampliſſima beneficia elargiri populo Iudeorum: poſtq̄ illum liberauerat de ſeruitute Egiptiaca. Ob quod gentiles conuerſi ad fidem: dicebāt Iudeis baptizatis: vt refertur in prologo in epiſtola ad Romanos ¶ Quanto maiora circa vos dei beneficia narraueritis: tāto maioris vos criminis reos eſſe monſtrabitis. Vt ergo de beneficiis populo Iudaico exhibitis plenaꝫ noticiam habeamus: in hoc miſterio ſeptē beneficia erunt enumeranda atq; diſſerenda. ¶ Primum dicitur: aquarum dulcoratio. ¶ Secundum: celeſtis cibatio. ¶ Tertium: viarum directio. ¶ Quartum: aque de petra eductio ¶ Quintū: inimicorum expugnatio. ¶ Sextum: legis illuſtratio. ¶ Septimū: miraculorum frequens coruſcatio.

¶ De dulcoratione aque fluminis Marach.

¶ Primum beneficium quod largitus eſt deus populo Iudeorum: fuit aquarum dulcoratio. vt enim ſcribit̄ Exodi. xv. poſt tranſituꝫ maris rubri: egreſſi ſunt in deſertum Sur: ambulaueruntq; tribus diebus per ſolitudinem: & non inueniebant aquam. & venerunt in Marach: nec poterāt bibere aquas de Marach: eoq; amare eſſent Et de hoc dicit Amb. ix. di. ii. ca. Reuera Marach fluui9 amariſſimus erat: ita ut ſitiens populus bibere non poſſet. ſcd̄m Nic. de li. ſup hoc paſſu Exodi: quod dicitur: venerunt in Marach: fit ꝑ anti

UVA. BHSC. IyR_144

cipationem: quia locus ille adhuc nō vocabatur Marach. sed sic vocatus est a filiis Israel ꝓpter amaritudinem aque. scdm ꝙ subditur in textu: vnde & congruum nomen loco imposuit. s. popul9 Israel. Magist. in hist. addit: Non solum dicebatur Marach pro amaritudine aque: sed etiam ꝓ amaritudine animi: amarior quidem est: qui sitit: qui non inuenit potum: q̃ si inuentum gustare non possit. Recitat scdm hoc ꝓpositum Plutarchus in vita Marci Antonii: ꝙ dux Marcus Antonius contra Indos & Parthos bellum gereret: vexatus ab eis: per iuga montium cum exercitu fugiebat. Edebāt nāq; Romani multis diebus radices & herbas incognitas: & cruciabant̃ a siti: quia in montibus per quos ibant non erant aque. & Parthi tenebant planicies. Venerunt tandem ad flumen cuius aqua erat gelida & clara: sed quia erat salsa: faciebat viscera dolorosa. ob quod flebant omnes velut conspicerent paratam mortez. quare Marc9 Antonius coegit quēdaz familiarem suum: ut quādocūq; iuberet: sibi caput abscideret: vt neq; viu9 posset ab hoste ledi: neq; cognosci mortuus. Ab his tamen piculis tandem euasit. Sic ergo popul9 Iudeorum querelis & lamentationibus replebatur. Clamauit ad dominum Moyses: & ostendit ei lignum: quod cum posuisset in aqua mox aque dulcorate sunt: & facte potabiles ¶ Sed ego puto maius nobis cristianis beneficiuz concessuz: qñ in aquis Cristus baptizari voluit: insinuans baptismum in aqua fore fiendum. Iudei namq; in aquis Marach dulcoratis refocillarūt corpora: nos ī aqs baptismi recreamus animas: & spiritualiuz donorū vbertate illos replem9.

¶ De effectibus autem baptismi dixi in quadragesimali de penitentia in sermone de baptismo.

¶ De coturnicibus & manna.

¶ Secundum beneficium quod largitus est deus populo Iudeoruz: fuit celestis cibatio. scribitur namq; Exodi. xvi. ca. ꝙ tricesimo die ab exitu eorum de Egipto: defecerūt eis victualia. Cumq; orasset Moyses ad dominum vespere: ascēdens coturnix de sinu Arabico: vbi precipue nutritur scdm Magist. in hist. operuit castra: & ad libitum populi capiebatur. Nico9. de lira inquit: Coturnix est auis pinguis & sapida: & sumitur singulare pro plurali. i. multitudo coturnicum. Mane vero cum oraret Moyses: descendit manna. Et vt scribitur Numeri. xi. Erat manna quasi semen coriandri: coloris bidellii: qui est sicut cristallus. scdz Nicolaū de lira: circuibatq; populus: & colligens illud frāgebat mola: siue terebat in mortario

UVA. BHSC. IyR_144

coquens in olla: & faciēs ex eo tortulas. Et vt habetur Exodi.xvi. Erat gustus eius quasi simula cum melle: vbi dicit Nico9. de lira: simula est farina tritici delicatissima ¶Sapor igit̄ illius manne erat quasi sapor panis facti de simula: cum cōmixtione mellis. scd̄m autē Nicolaū de lira: de ista manna fuerunt octo mandata. ¶Primū: ut mane colligerent. hora enim colligendi erat post ortum solis: eleuato rore qui erat sup manna per vapores: erat quidez desup manna ros congelatus: qui resoluebatur oriente sole. quare manna colligi poterat vsq; ad horam sextam: & tunc incipiebat liquefieri ad modū pruine. ad ignem vero indurabatur: & formabant̄ inde panes. ¶Secundum mandatum fuit vt colligerent ad sufficientiam & non plus ¶Tertium ut comederent mensuram gomor. Sed dubiū hic oritur: quia non est idem p̄ singula capita: mediū omnibus sicut dicitur. ii. ethi. q̄ non est idem medium Miloni: de quo dicitur q̄ comedebat in die bouem integruz: qui erat sufficiens pluribus hominibus. ideo cibus cōueniens vni: alteri plus indigēti est deficiens. & minus indigenti est superabundans. Respondet Nico9. de lira: q̄ iste cibus dabatur diuino miraculo: ita eodem modo fiebat: vt plurimum indigenti sufficeret: & a minus indigenti cōsumi absq; superfluitate valeret. Dicit autem Ioseph9: quia ex diuina ꝓuidentia factū hoc: ne ex cupiditate & gulositate illi q fortiores erāt: pl9 debito uellēt colligere: & sic debiliores debito alimēto priuarent̄: & in populo seditio oriretur ¶Quartum mandatum fuit: vt non relinquerent usq; mane: & dimiserunt quidaz. s. Dathan & Abiron: vt dicunt Hebrei: & scatere cepit vermibus & cōputrescere. hoc vero non contigit ex natura manne: quia seruari poterat: sed erat ex voluntate dei: ne aliqui ex cupiditate & gulositate plus debito vellent colligere ad seruandum: quod esset occasio malorum ¶Quītū prceptum fuit: vt die sexta colligerent duplum ¶Sextuz: vt reseruarent vnum gomor p̄ sabbato ¶Septimum: vt illud comederent in die sabbati ¶Octauum: vt impleretur vas continens gomor: ad reseruandum in futuras generationes ¶De isto manna dicitur Sapientie. xvi. ca. Panem de celo prestitisti illis sine labore: omne delectamentum in se habentem: & omnis saporis suauitatem. Nico9. de lira ait: hoc intelligit̄ nō ex natura manne: sed ex merito sanctorum hominum qui eum comedebant: quibus sapiebat sicut desiderabant. malis enim hominibus ex eorum demerito desipiebat ¶Vñ Numeri. xv. dicebant: Nichil vident oculi nostri nisi manna: nau

UVA. BHSC. IyR_144

ſeat anima noſtra ſup cibo iſto leuiſſimo. Et dicebaꝫ panis de celo: quia generabatur in celo aereo: & panis angelorū: quia in deſcenſu manne coopabantur angeli: non ꝙ angeli ipſo veſcerētur: quia ipſi non indigent cibo corporali. hoc cibo aliti ſunt filii Iſrahel: quadraginta annis: donec venirent in terram habitabilem. ſ. in terram Chanaam: que fuerat eis ꝓmiſſa. & ut dicit Nico9. de lira: non ſtatī defecit manna: cum intrauerunt illam: quia tranſito Iordane fecere circūciſionē in galgalis: & poſtea celebrauerunt paſca: & in craſtino paſce ceſſauit māna. ut habetur Ioſue. v. Satis tamē cito poſt ingreſſum terre Chanaam defecit. Miranda profecto ſunt omnia que de iſto cibo dicta ſunt. Et vt dicit Ambro. libro de ſacramētis: Reuera mirabile eſt fratres: ꝙ manna plueret dominus patribus in deſerto: & cotidiano celi paſcebantur alimēto: Verumtamē his omnibus maius eſt: quod nobis criſtianis exhibetur verum. ſ. corpus Criſti: in ſacramento altaris.

De mirabili ducatu populi Iudaici.

Tertium beneficium quod largitus eſt deus populo Iudeorum: fuit viarum directio. vt enim habetur Exodi. xiiii. Angelus domini precedebat caſtra Iſrahel: & cum eo pariter columna nubis. Et Numeri. ix. ca. dicit̄: ꝙ die qua erectum eſt tabernaculuꝫ: operuit illud nubes. veſpere autem ſuptentoriū erat quaſi ſpecies ignis uſq; mane. ſic fiebat iugiter ꝑ diem operiebatur illuꝫ nubes: & ꝑ noctē quaſi ſpecies ignis. Cumq; ablata fuiſſet nubes: que tabernaculum ꝓtegebat: tūc ꝓficiſcebantur filii Iſrahel: & in loco vbi ſtetiſſet nubes ibi caſtra metabantur. ad Imperium domini ꝓficiſcebantur. & ad Imperium illius figebant tabernaculum: cunctis diebus quibus ſtabat nubes: tabernaculum manebat in eodem loco. Dicit Nico9. de lira: ꝙ nubes mouebatur angelico preſidio: vel miniſterio: Sed maius beneficium nobis criſtianis conceſſuꝫ eſt: quibus via ſummi boni: verbo & exemplo a Criſto eſt manifeſtata. Nam cū philoſophi plurimū deſudaſſent: querentes noſcere in quo ſummum bonū conſiſteret: euanuerunt in cogitationibus ſuis. & Varro: vt refert Ag9. xix. li. de ci. dei: dicit: ducentas octoagintaocto opiniones falſas de beatitudine philoſophos ipſos habuiſſe. O vere ſecula aurea Criſti preſentia illuſtrata: O felicia tempora noſtra: in quib9 oīs qui volūt ſcire poſſunt: ꝙ ꝑfecta beatitudo cōſiſtit in deo. Hīc Lactantius li. vii. diuinarum inſtitutionum ait: Pater enim noſter & dominus: qui condidit firmauitq; celum: qui libratā magnitudine

UVA. BHSC. IyR_144

ſua terram vallauit montibus: marıq; diſtinxit: & quicquid eſt in hoc opere mundı: conflauit & pfecit e nichilo. pſpectis erroribus hominum: ducem miſit: qui nobis viam iuſtitie panderet. hunc ſequamur omnes: hunc audiamus: huic deuotiſſime pareamus: quoniam ſolus ut ait Lucretius Veridicis hominum purgauit pectora dictis: Et fidez ſtatuit torpedinis atq; timoris: Oſtēditq; bonū ſummuz: quo tendimus oms. Quid foret: atq; viam monſtrauit limite paruo. Nec tantum oſtendit: ſed etiam preceſſit: ne quis difficultatis gratia iter virtutis horreret.

¶ De fluxu aque de petra contra naturam.

¶ Quartum beneficiuz fuit: aque de petra eductio. vt habet̃ Exodi .xvii. dum veniſſent in Rafidim: defeciſſetq; aqua: dixit Moyſes ad dominum. adhuc puſillum: & lapidabunt me. Inquit Nico9 de lira: q; hoc dicebat Moyſes: ductus timore naturali: qui cadit in pfectū virū: & magis dicebat timore populi: ne eo interfecto: a domino recederet p Idolatriā. & ait domin9 ad Moyſen: Sume de ſenioribus Iſrabel: Nico9. de lira. ſ. ut ſint teſtes: q; antea ibi nō fuerunt fontes vel aque: ac etiaz ut p hoc appareat dei miraculuz. ſubdiditq; deus: & vade ad petram Oreb: pcutieſq; virga. Magiſt. in hiſt. Oreb ſic dicta: ꝓpter Oreb: qui occiſus eſt in ea. factumq; eſt ita: & egreſſe ſunt aque: & bibit populus. Sed his omnibus amplio eſt quod nos accepimus: non vtiq; aquam de petra: ſed ſanguinem precioſiſſimū de corpore Ihesu criſti. Vnde Petr9 prima epiſtola ca. primo dicebat: Non corruptibilibus auro uel argēto redempti eſtis: ſed p̄cioſo ſanguine agni incōtaminati & imaculati Ihesu xp̄i.

¶ Quintum beneficium fuit inimicorum expugnatio & debellatio Dicitur namq; Exodi. xvii. venit autez Amalech: ut pugnaret aduerſus Irabel in Rafidim: Notandum hic ſcdm Nicolaum de lira q; quedam gloſa ſup iſtū locū dicit: q; Amalech fuit filius Iſmaelis a quo dicti ſunt Amalechite: qui & Iſmahelite: ipſi ſunt Sarraceni: q; autē. i. paralipomenon. i. ca. dicitur: q; Elifach primogenit9 Trifau: genuit Amalech: dicunt ſequentes dictam gloſam: fuit alius: & ſunt duo eiuſdem nominis. ſed hoc dictum de ſacra ſcriptura nō habet auctoritatem: ymo contrarietatem: quia genē. xxxvi. & i. paralipomenon. i. ca. dicit̃ expreſſe: q; Amalech fuit filius Terſifach: primogeniti Eſau: nec legitur alius Amalech. Inſup Ioſeph9 in. ii. antiquitatum libro dicit: q; ab Amalech filio Elifach dicti ſunt Amalechite. hoc etiam colligitur ex ſecundo Reguz primo capitulo

UVA. BHSC. IyR_144

vbi dicitur: ꝙ filius Doech Idumei venit ad Dauid: nūtians mortē Saulis. licet enim ꝙ non exprimatur ibi: ꝙ fuerit filius Doech: tñ omnes expositores concorditer hoc dicunt. & cum interrogaretur a Dauid: quis esset. ait filius hominis aduene Amalechite ego sum. Ex quo videtur: ꝙ Amalechite sunt Idumei: & sic non descēderūt ab Ismahele: sed ab Esau. Quare autem isti Amalechite insurrexe re aduersus Iudeos: dicit Nico9. de lira sup. xv. ca. Exodi: ꝙ ipsi & populi qui erant eis confederati: audientes ꝙ filii Israbel transie/ rant mare rubrum: & essent in deserto eis ꝓpinquo: irati sunt: timē tes ne inuaderent terram eorum. & ideo anteq̄ essent magis forti ficati: voluere eos delere. & ascendere ad pugnandum cum ipsis. Sup. xvii. ca. Exodi aliam causam assignat Nico9. de lira: ex parte populi Israbel: ad hoc enim ꝓmisit deus bellum illud insurgere: vt ex victoria sequenti essent audatiores de cetero cōtra aduersarios insurgentes: & de spoliis Amalech essent muniti armis: & aliis ne cessariis: que fugientes dimisere. Elegit autem Moyses Iosue: de tribu Effraim: virū bellicosum. cui & paucos tradidit armatos: scd̄m Magist. in hist. plurimos ad custodiam castrorū retinuit. ipse aūt ascendit in montem habens virgam dei in manu: vt ex hoc victo/ ria deo ascriberetur. Ascendereꝙ cū eo Aaron & Vr: qui Vr scd̄m Iosephum fuit maritus Marie. Cumꝙ leuaret Moyses man9 vin cebat Israbel: vbi apparet orationis efficacia: sin autem paululum re misisset vincebat Amalech. quo cōpto Vr & Araon suppositerunt ei lapidem: & ex vtraꝙ parte manus eius sustentabant. Erant enī graues ꝓ labore orandi. in cuius rei figura: scd̄m Magist: in hist. sacerdos eleuat manus in missa: & etiam in figura Christi orantis in cruce: nec remisit Moyses manus vsꝙ ad solis occasum. Fugauitꝙ Iosue Amalech in ore gladii ¶ Nobis vero christianis glorioſior est victoria: qui ꝓ Christum demones superamus. Nam ut diximus in sermone de bello demonum: priusq̄ Christus moreretur in cruce: omnes iusti trahebantur ad limbum. At ex post penitenti latroni patefactus est paradisus.

¶ De lege quam dedit Moysi deus.

¶ Sextum beneficium quod largitus est de9 populo Iudeorū: dicit̄ legis illustratio. vt eīs habet̄ Exodi. xxxii. In mōte Sinay Moyses legem accepit a deo sibi datam: qui reuersus est de monte: portans duas tabulas testimonii: manu scriptas: ex vtraꝙ parte: & factas ope domini. dicit Rabi Salomon: ꝙ vnica scriptura erat ibi: que tñ

UVA. BHSC. IyR_144

erat legibilis indifferēter ex vna pte: sicut ex altera. quod erat val de mirabile: quia littera ex vna pte figurata ordine recto: in parte oppoſita apparet ei9 figura modo oppoſito. vel poteſt dici abſq; ta li miraculo q̄ littere erant duplices: ita q̄ precepta erāt ſculpta ex vna pte ſimiliter ex altera. has tabulas fregit Moyſes: vt dicetur in tertio miſterio: ꝓpter peccatum populi: reputans populum in/ dignum: vt dicit Nico9. de lira: accipere legem digito dei ſcriptā. hec autem fractio tabularum ſignum fuit euacuationis legalium: in aduentu Criſti. ¶ Tandem vt dicitur Exodi. xxxviii. Aſcendit Moyſes montem de mandato dei: tulitq; ſecum duas tabulas lapi/ deas: inſtar priorū. i. ſimiles aliis prius factis in materia: & in q̄ti/ tate. Dicit Nico9. de lira: q̄ de quo lapide fuerīt nō habet ex textu Rabi tamen Salomon tenet: q̄ fuerīt de lapide ſafirico. Inquit eiz q̄ deus oſtendit Moyſi vnam maſſam talis lapidis: formatā de no uo: diuina virtute: de qua moyſes dolauit duas tabulas: & dolature ſupflue fuerunt ſue: & inde ditatus fuit multum. ſed hoc tacet Io/ ſephus: qui prior fuit Rabi Salomone. fuit ergo Moyſes in mōte cum domino. xl. diebus &. xl. noctibus: nichil comedens aut bibēs. ¶ Cumq; deſcendiſſet de monte cum tabulis: apparuit facies eius cor nuta: & ipſe ignorabat. dicit Magiſt. in hiſt. q̄ erant quidam radii miri ſplendoris ꝓcedētes in altū ad modū cornuū: quos Ap9. uocat gloriā vult9 Moyſi. ii. ad Corinth. iii. ca. Vnde in hebreo habetur: Et non cognouit q̄ cornuta eſſet lux facie ſue. Hic queritur qua/ re Moyſes non habuit ante hanc gloriam: cum locutus fuiſſet cuz domino diu in monte? & reſpondet Nico9. de lira: q̄ aliqui dicunt: q̄ nō habuit ante ita limpidā cognitionē de deo: ſicut poſt. ad quod denotandum apparuerunt tales radii. Alii dicūt: q̄ hoc factuz eſt: ut populus qui ꝓ Idolatriam peccauerat: magis eum timeret: & ha beret in reuerentia. Rabi Salomon dicit: q̄ fuit ex hoc q̄ domin9 poſuit manū ſuā ſup faciez eius. Quare Moyſes poſuit velamē ſup faciem ſuam: cum loqueretur filiis Iſrahel: & locutus eſt eis omnia que ſibi fuerunt impata. Concludit Magiſt. in hiſt quantū hec glo ria durauerit: & vtrum ſemel vel pluries hoc acciderit ignoram9. Sed criſtianis lux amplior effuſa eſt. quibus euangelium effulſit.

¶ De miraculis & ſignis multiplicibus.

¶ Septimum beneficium quod deus donauit populo iudeoruz fuit miraculorum frequens coruſcatio. Naz preter ea que dixim9: mul ta ſigna & miracula dei: ipſis fuerunt oſtenſa. Miraculū certe fuit

UVA. BHSC. IyR_144

q̄ Maria ſoror Aaron murmurans contra Moyſen: ſtatim fuit le pra p̄cuſſa: & tandem Moyſi oratione ſanata. vt habetur Numeri .xii. ca. Miraculum fuit: q̄ apta eſt terra: & deglutiuit Dathan & Abiron: Numeri. xvi. ca. Miraculum cum floruit virga Aaron: Numeri. xvii. ca. Et ne ſingula cōmemorentur: quadragīta annis fuit ille populus in deſerto: non comedens panem nec bibens vinū nec vetuſtate attrita ſunt veſtimenta: aut calciamenta conſumpta: vt habet̄ Deuteronomii. xxix. ca. Sed criſtianis maiora ſigna poſt Criſti aduentum monſtrata ſunt: quinymo cōtinue in Eccleſia ſan cta miracula fiunt. Quis nam non admiretur: ex aridis oſſibus Ni colai ſanctiſſimi apud Barū: & Mathei euangeliſte apud Salernū: Et Andree apoſtoli apud Amalfiam ſcaturire manna? Quid dicaȝ de ſanguine glorioſi martiris Ianuarii: conſeruatur quippe Neapo lis in vaſi vitreo aut criſtallino: eſtq̄ ſemper ſtrictus & congelat9: at dum caput prefati ſancti de prope ponitur: ſanguis ille ebullīs: tandem cunctis videntibus liquefit: & capite āmoto rurſus indura tur: & congelatus non mouetur amplius. O pietas dei benedicti: q̄ ſic humano generi: per tot innumera miracula: uirtutem potentie dignatus eſt demonſtrare.

¶ De multis peccatis quibus populus in deſerto tempta uit: & ad iram concitauit deum excelſum. Ca. ſecūdū.

IN tanto cumulo beneficiorū: non cuſtodierūt Iudei teſtīm domini: & in lege eius noluerunt ambulare: & oblīti ſunt beneficiorum eius: & mirabilium eius: que oſtendit eis. ¶ Temptauerunt quidem deum excelſum: uariiſq̄ peccatis maieſta tem eius offendere. Idcirco in hoc ſecundo capitulo de offenſionib9 Iudeorum in deſerto dicemus: quas reducemus ad ſeptem. ¶ Prima dicitur: murmurationis ¶ Secunda: inobedientie. ¶ Ter/tia ingratitudinis ¶ Quarta: Idolatrie ¶ Quinta: gule ¶ Sexta: de ſperationis ¶ Septima: fornicationis.

¶ De ſeptem peccatis populi: & primo qualiter murmurauerūt Iudei contra deū & Moyſen.

¶ Prima offenſio & peccatum Iudeoruȝ in deſerto dicitur murmu/rationis. Nam contra Moyſen murmurauerunt: quando venerūt ad flumen Marach. vt dicitur Exodi. xv. Item quando dicebant: ¶ Vtinā mortui eſſemus p̄ manus domini in terra Egipti. i. p̄ plagā ab eo immiſſaȝ: cum primogenitis Egiptiorum. quando ſedebam9 ſup̄ ollas carniū: & comedebamus panē in ſaturitate. Cur eduxiſti

UVA. BHSC. IyR_144

nos in deſertum iſtud: vt occideres omnem hanc multitudinem fa
me. Exodi. xvi. ca. & quando venerunt in Rafidim: vbi non erat
aqua: iurgati ſunt Moyſen: quibus ipſe dixit. Quid iurgamini con
tra me: & temptatis dominum. Exodi. xvii. ca. Sed hic poſſet aliqs
querere: quare deus eduxit eos per talem viam: ut paterentur de
fectum cibi & potus. Et reſpondet Nico9. de lira: q̄ hoc fuit ut ex
frequēti neceſſitate oporteret eos recurrere ad dominū. & ſic ſub
timore domini retinerentur. per hoc etiam bonorum patientia: &
malorum inpacientia declararetur.

¶ De inobedientia populi.

¶ Secunda offenſio fuit inobediētia: quia multi collegerunt plus de
manna: q̄ fuerat ordinatum: & reſeruauerunt in diem alterum.
vt dicitur Exodi decimoſexto capitulo.

¶ De ingratitudine populi.

¶ Tertia offenſio ingratitudo appellatur: In tot nāq̄ beneficiis ma
le locuti ſunt de deo. Dicitur namq̄ Numeri. xiiii. q̄ voluerunt ſi/
bi preficere ducem: vt reduceret eos in Egiptum. Quare dixit de
us Moyſi: Vſquequo detrabit mihi populus iſte: quouſq̄ non cre/
dent mihi: in omnibus ſignis que feci coram eis. Et infra cōminat9
eſt dicens: Nullus eorum qui uiderūt ſigna que feci in Egipto nu/
merati. ſ. a viginti annis & ſupra: videbit terram pro qua iuraui pa
tribus eorum: preter Caleph & Ioſue.

¶ De Idolatria populi.

¶ Quarta offenſio Idolatria fuit: vt eniz ſcribitur Exodi. xxxii. Vi
dens populus q̄ Moyſes moram faceret: dum eſſet in monte cum
domino. dixit ad Aaron: Fac nobis deos: Rabi Salomon dicit: q̄
iſti fuerunt Egiptii conuerſi ad iudaiſmum qui aſcenderunt cuz Iu
deis de Egipto: & iſti qui erant nutriti in Idolatria: incitauerunt
magnam ptem de filiis Iſrabel: ſubiungebant: Moyſi eniz ignora/
m9 quid acciderit. ſcd̄m Ioſephuz & Magiſt. in hiſt. Alii dicebant
eum a beſtiis comeſtum: Alii a domino tranſlatum: Alii ſane men
tis cum domino philoſophantē: ut vero ſequitur in hiſtoria. Aaron
& Vr reſtiterunt. Sed indignatus populus: ſpuens in faciē Vr: ſpu
tis ut traditur ſuffocauit. vnde timens Aaron: ait: Tollite maures
vxorum & liberorum: & afferte ad me. dicit Magiſt. in hiſt. q̄ hoc
erat quod precioſius & carius habebant: putans q̄ conſulentes aua
ritie ſue nollent afferre. fecit tamen populus quod dixerat: auid9
ad Idolatrandū: formauit itaq̄ opere fuſorio vitulum cōflatilem:

UVA. BHSC. IyR_144

qui in Egipto bouem adorauerunt. namq; ut dicit Magiſt. in hiſt. in principio Exodi: in ca. de ſubmerſione paruulorum: Erat Apis deus Egiptiorum: vt Plinius dicit: qui & teſtat̃ ſe eũ vidiſſe. qdam taurus: qui ex improuiſo egrediebatur de flumine: habens in humero dextero ſignum candidum inſtar lune corniculate: atq; cum ſtatim confluerent Egiptii omni genere muſicorum pſallentes: leuabatur in aera: & ſup eos tanq̃ pſallens ferebatur: & ad motuꝫ vl̃ ſtationem ipſius in terra mouebãtur: & ſtabant & eodem die euaneſcebant. Que omnia demonũ artificio cõplebant̃: ut docet Aug9. li. xviii. de ci. dei cap. v. Formato itaq; vitulo: dixit populus: Hii ſunt dii tui Iſrahel: qui te eduxerũt de terra Egipti: fecitq; Aaron altare coram eo: & in craſtinum indixit ſolemnitatem: maneq; ſurgentes: obtulerunt hoſtias. ſeditq; populus manducare & bibere: & ſurrexerunt ludere. i. adorare. Hic queritur quare Aaron edificauit altare? & dicit Nico9. de lira. ſcdm Rabi Salomonem: q̃ ad retardandam ymolationem. quia aut ſtatī populus ymolaſſet: ſine altare aut in momento altare conſtruxiſſet. Ideo ſubdidit Aaron: Cras ſolemnitas domini eſt. non dixit hodie. ſi forte interim veniret Moyſes: & impediret. ¶ Tunc dixit dominus ad Moyſen: Deſcende: peccauit populus tuus. quaſi dicat: non meus: propter Idolatriaꝫ: uel ex eo quia erat Moyſes illi populo manſuetus: vt patet xxxxv. di. ca. Diſciplina. & xxiii. q. iiii. ca. Quid crudele. Subiũxit deus: Cerno q̃ populus iſte dure ceruicis ſit: dimitte me: ut iraſcat̃ furor meus. dixit Moyſes: Queſo domine quieſcat ira tua: & eſto placabilis ſup nequicia populi tui: ne dicant Egiptii: Callide eduxit eos: ut interficeret in montibus: quaſi impotens dare terram quaꝫ ꝓmiſerat. Recordare Habraaꝫ: quaſi dicat: ſi populus iſte meruit mori ꝑ incendium: ecce Habraam pater eorum ꝓpter amorẽ tuuꝫ ꝓiectus fuit in ignem Caldeorum. ſequitur text9. Iſaac: ac ſi dicat ſi populus meretur mori ꝑ gladiũ: ecce Iſaac pat9 fuit pro te ymolari: & additur: & Iacob. i. ſi meruerit puniri populus exilio: ecce Iſrahel tanq̃ exul fugit in Meſopotamiam: obiciens patri ſuo & tibi: quibus iuraſti ꝑ temetipꝫ: qui es īmutabilis: de dãda terra Chananeorum ſemini eorum. placatuſq; eſt dñs: & Moyſes deſcendit.

¶ Quinta offenſio fuit gula: quando ardenter dicebant: vt ponitur Numeri. xi. ca. Recordamur piſciũ: quos comedebam9 in Egipto gratis. i. pro paruo precio: in mentem nobis veniũt Cucumeres: Pepones: Porri: Cepe: & Allia.

UVA. BHSC. IyR_144

¶ Sexta offensio fuit desperatio: quando ut ponitur Numeri. xiiii. omnis turba fleuit dicens: vtinam mortui essem9 in Egipto & non in hac vasta solitudine.

¶ Septima offensio fuit fornicatio. scribitur namq; Numeri. xxv. q; fornicatus est populus cum filiabus Meab: que vocauere eos ad sacrificia sua. dicit hic Nico9. de lira: q; Balaam sciens filios Israbel esse pronos ad luxuriam: dedit consilium Balach Regi Moabitarum: vt mitteret puellas pulchras & ornatas ꝓpter exercitum eorum: & q; iuuenes venientes ad se verbis allicerent: & cum viderēt eos inflāmatos ad actum carnis: non ꝓmitterent se ab eis cognosci: nisi prius comederent de Idolo ticis: & Idola adorarent que secum portauerāt: vt sic deus offenderetur: & populus Israbel ab eo ꝓcuteretur: & daretur in manus hostium. dicit etiam Iosephus: q; aliq; nobiles de Israbel: acceperunt sibi vxores de illis. & licet nō sit scriptum in isto ca. xxv. q; Balaam dedit tale consilium: tamen habet ex. xxxi. ca. vbi dicitur: Nōne iste sunt que deceperūt filos Israbel ad suggestionem Balaam: & Apoca. ii. ca. dicitur: Habeo aduers9 te pauca: quoniam habes hic tenentes doctrinam Balaam: qui docuit Balach mittere scandola coram filiis Israbel edere de sacrificiis Idolorum: & fornicari.

¶ De septem plagis: quibus populus punitus fuit. Ca. iii.

Cot sceleribus Iudeorum ad iracundiam concitatus dominus flagella multiplicia contra eos īmisit. & q̄uis dictuz sit pauloante in fine quarte offensionis: q; dominus fuit placatus. illud tamen intelligitur scdz Nicolaū de lira: q; deus non simul nec subito populum Idolatram: & durum puniuit. Idcirco aduertendū ē: in hoc misterio: q;. vii. famosis plagis popul9 ille ꝓcussus ē.

¶ Prima plaga fuit post adorationem vituli: de qua dicitur Exodi xxxii. ca. in fine: Percussit dominus populum ꝓ reatu vituli. Nam postq̄ Moyses descendit de monte: & vidit uitulum & choros: redegit in puluerem vitulum: quem sparsit in aquis: & dedit ex eo potum filiis Israbel. Rabi Salomon dicit: q; iste aque potate erant nociue culpabilibus: causando in eis inflationem & languorem: ꝓ quē poterant ab aliis discerni. aliis autem erāt dulces & vtiles: sicut aq̄ in sacrificio zolotipie: ostendebat ꝓ effectum culpam mulieris: vl eius innocentiam. vt habetur Numeri. v. ca. Alii autem doctores dicunt: q; color auri remansit circa ora eoruz qui erant culpabiles: ita q; barbe eorum videbantur auree: & sic ab aliis distinguebant̄.

UVA. BHSC. IyR_144

Quare filii Leui obediētes Moysi: zelo dei interfecerūt ex transgressoribus vigintitriamilia: facto vero die altero Moyses orauit pro populo: dicens: peccauit domine populus tuus iste: aut dimitte eis noxiam hanc: aut dele me de libro vite. dicit Rabi Salomon: q̄ iste liber intelligitur lex: que denominatur a Moyse: eo q̄ fuit ei9 minister. & ergo sensus scd̄m eum: dele me de libro vt scilicet lex non denominetur nomine meo: nisi populus iste tibi reconsilietur Ag9. vero exponit dicens: q̄ Moyses sic dixit ex confidentia: & familiaritate diuina: vt sit sensus: Sicut certus sum: q̄ non delebis me de libro tuo: ita peto ut certifices me: ut remittas noxiā isti populo.

¶ De igne qui descendit in castra.

¶ Secunda plaga punitus est ille populus: ꝓpter peccata sua. quando accensus ignis domini deuorauit extremam ptem castrorum: vt dicitur Numeri. xi. ca. forte ibi erant magis culpabiles. tandē oratione Moysi ignis absortus. i. extinctus fuit.

¶ Tertia plaga fuit: postq̄ habuerunt coturnices. vt habetur Numeri. xi. ca. & adhuc carnes erant in dētibus eorū: nec defecerat huiusmodi cibus. & ecce furor domini concitatus in populū: percussit eum plaga magna nimis. vocatusq̄ est ille locus sepulchrum concupiscentie: ibi enim sepeliere populum qui desiderauerat carnes. dicit Magist. in hist. q̄ modus plage hic non determinatur: creditur tamen q̄ fuerit ignis.

¶ Quarta plaga ponitur Numeri. xvi. ca. quando multitudo murmurabat contra Moysen & Aaron: dicēs ¶ Vos interfecistis populum. cumq̄ vellent eos obruere lapidibus: fugierunt ad tabernaculum: & operuit eos nubes: & apparuit gloria domini. Dicunt aliq̄: q̄ non fuit illa que prebebat ducatum populo: sed quedā parua nubes in qua dominus solitus erat loqui cū Moyse. Alii dicūt: q̄ fuit illa: que prebebat ducatum: sed stabat in alto sup̄ tabernaculū: & tunc descendit operiens: & ambiens circumquaq̄: ut nullus posset adire: & egressus ignis deuorauit populum: fuerunt autem percussi tredecim milia & octoaginta.

¶ Quinta plaga exprimitur Numeri. xxi. quando profecti de mōte hoc: venerunt in Salmana: & quia male loquebant̄ de deo: misit dominus in populum serpentes ignitos: qui sic dicebantur: scd̄ Nicolaum de lira: & Magist. in hist. quia minimi & veloces erant: ad modum scintillarum: vel quia volantes p̄ aera emittebāt scintillas ardētes: vel ex eo q̄ per morsus eorū calefiebat caro: ac si ignireť:

UVA. BHSC. IyR_144

¶ Tunc venerunt Iudei ad Moyſen (videntes mortes plurimoruꝫ) dicentes: peccauimus: quia locuti ſumus contra deum: & tu ora: ut tollat nobis ſerpentes. orauitq; Moyſes ad dominum: cui dominꝰ ait: fac ſerpentem eneum: & pone in pertica eminentem in medio populi. & quicūq; pcuſſus fuerit a ſerpente: reſpiciat eum & viuet: & factum eſt ita. dicit Rabi Salomon: q̄ in ſerpente non erat virtus ſanandi: ſed aſpitientes ſerpentem cognoſcebant afflictionē illaꝫ a deo ſibi iuſte illatā: petendo miſericordiam: & ipſe deus ſanabat eos. Ratio autē miſtica eſt: quia ſerpens ille figurabat Criſtuꝫ paſſuꝫ in cruce: per cuius intuitū fide & deuotione ſanamur a morſu ſathane. Exquo Criſtus dixit Iohan. iii. ca. Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in heremo: ita exaltari oportet filiuꝫ hominis. dicit Magiſt. in. hiſto. q̄ illum ſerpentem eneum habuerunt ſecum filii Iſrabel ſemp: & magnifice repoſitus eſt in Hieruſalem. Tandē ob cultum ſupſtitionis quem ſibi exhibebat populus: cōminuit eum in puluereꝫ Rex Ezechias: & poſuit in torrenteꝫ Cedron. Sicut etiā patet quarta Rubrica. decimonono. capitulo.

¶ Sexta plaga enarratur Numeri. xxv. ca. quando. ſ. Iſrabel inicia tus eſt: ideſt conſecratus Belfegor Idolo Madianitarum: Iratus dominus dixit ad Moyſen: Tolle cūctos principes populi: & ſuſpēde in patibulis contra ſolem: vt auertatur furor meus ab Iſrabel. dicit Magiſt. in hiſt. Forte quia ſubditos non corripiebant duces tribuum: voluit ſuſpendi: vl̄ potius principes ideſt actores huius Idolatrie: occiſiq; ſunt vigintiquatuor milia hominum.

¶ Septima plaga fuit: qn̄ iuuenes plurimi zelo Finees accēſi: multa milia hominum percuſſerunt: vt enim refert Ioſephus: & ponitur Numeri. xxv. Princeps tribus Simeon zambei filiam cuiuſdaꝫ potentis Madianitarum duxerat: que dicebatur Corbi: qui vxore iubente in quadam ſolemnitate cum aliis ducibus deo non ymolauit. quamobrem cum a Moyſe reprehenderentur in generali: qui colebant Idola: non deum: ille coram omnibus ꝓfeſſus eſt ſe alienigenam duxiſſe: & ſe Idola colere: nec tirannicis legibus quas ipſe ſibi Moyſes impoſuerat obnoxium eſſe: quibus ſub figmento leguꝫ: & dei grauiori ſeruitute populum premebat: q̄ Egiptii: cum ꝓpriuꝫ auferebat viuēdi arbitrium. & diſcedens corā omni turba: que flebat ante fores tabernaculi: Intrauit tabernaculū uxoris. Surgēſq; Finees filius Eleazari de medio multitudinis: & accepto pugione ingreſſus eſt poſt illum in lupanar: & cū inueniſſet coeūtes ꝓfodit

UVA. BHSC. IyR_144

ambos in locis genitalibus. quo exemplo multi moti Idolatras plu rimos occiderunt. Quid plura? ut concluditur in argumento in e/ piſtola ad Romanos: Ita crebra ꝓuocatione dominum irritauerūt ut oēs in heremo morirent̄: nec plus ex ſenioribus eorū q̄ duo ho mines terram ꝓmiſſionis intrarunt. Nos igitur caueamus nobis: ne deum contra nos ꝓpter noſtra peccata ꝓuocemus: quia quanto plura dignioraq̄ ſuſcepimus dona: tanto grauiora noſtra facinora delictaq̄ reputantur. Et ſi illa deponere neglexerimus: non negli get aut retardabit vltionem deus: qui eſt benedictus in ſecula ſecu lorum Amen.

¶ Sermo tredecimus de iudicio dei con tra Iudeos in Hieruſalem habitantes.

EDit deus populo Iudeorum ciuitatē Hieroſolomitanā ad inhabitandum: in qua tēpore Nabuchodonoſor Re/ gis Babilonis tantum excreuerunt iniquitates: & exe/ cranda mala: q̄ deus omnem populum tradidit in manꝰ inimicorū ſuorum: & ciuitate debellata omnes vtriuſq̄ ſexus iuſto iudicio dei captiui ducti ſunt in Babilonem: neq̄ ob aliam cauſaꝫ tā graue damnum incurrerunt: niſi quia diuina mandata contemne/ baut. erantq̄ deo celi abhominabiles & exoſi. Ad quod clare intelli gendum: ſtatui in iſto ſermone de iudicio dei contra Iudeos in Hie ruſalem cōmorantes loqui: de quo ſi plenam noticiaꝫ habere volue rimus: neceſſe eſt ut tria miſteria diſſeramus. ¶ Primum dicitur: glorie. Secundum: nequicie ¶ Tertium: pene.

¶ De gloria & magnificentia ciuitatis Hieruſalem. Ca. primū EXaltauit deus gloriam ciuitatis Hieroſolamitane: & fecit illam ſpecioſam & decoram valde: in qua morabantur Iu/ dei cum ingenti letitia & quiete: verūtamē ut ſic fuiſſe de/ monſtremus: tria de ipſa ciuitate conſideremus. ¶ Primo: ſitum. ¶ Secundo: cultum ¶ Tertio ſtatum.

¶ De optimo ſitu ciuitatis Hieruſalem.

¶ Primo conſideremus illius ciuitatis ſitum: & de hoc notandū ſcdꝫ Rabanum li. xii. de origine rerum: q̄ Hieruſalem eſt ciuitas in pa leſtina in medio Iudee poſita: vmbelicus totius habitabilis noſtre zone. vnde Ezechiel. v. dicit dominus: Iſta eſt Hieruſaleꝫ quaꝫ in medio gentium ſituaui: Nicoꝰ. de lira dicit: quia ſita eſt in quarto

UVA. BHSC. IyR_144

climate terre habitabilis: septem climatibus distincte: est ibi terra fertilis non modo frugū: sed balsamo: melle: & lacte: que ī distributione terre ꝓmissionis data fuit tribui Beniamin: dicta Iebus: que est Hierusalem: vt notatur Iosue. xviii. ca. & idem fatetur Isidor9 li. xiiii. ethimoloiarū In. xv. vero libro asserit: ꝙ scd3 Iudeos: Sem filius Noe quē: dicunt Melchisedech: primus post diluuiū in Siria condidit Salem vrbem hanc: postea tenuerunt Iebusei: ex quibus dicta ē Ieb9: sicꝙ duob9 nominib9 copulatis: Ieb9 & Salē vocata ē. que postea a Salomone Hierosolima q̄si Hierusalomonia dicta est.

¶ De templo mirabili Hierusalem.

¶ Secundo considerem⁹ illius ciuitatis cultum: ibi equidem a Salomone constructum est templum miro artificio: de quo dicitur paralipomenon. iii. cap. Cepit Salomon edificare domum domini in Hierusalem: in monte Moria: qui demonstratus fuerat Dauid patri eius: anno quarto regni sui cepit. glosa Hieronimi sup illo verbo ¶ Vade in terram visionis: in hoc monte inquit: obtulit Habraā holocaustū pro Isaac. & glosa sup illo verbo Iacob. nō est hic aliud: nisi domus dei. dicit: in hoc loco creditur Iacob dormiuisse: & vidisse angelorum visionem in scala: preuidisseꝙ templum & dei cultuꝫ ibidem futurum. Quātū vero fuerit domus illa miranda: patet ex his que dicuntur. iii. Regum. vi. ca. Erat ibi concursus & frequētia gentium. Precipue vero scd3 Nicolaum de lira: ex omni Iudea populus ibi confluebat in festo pasce siue azimorum: in memoriaꝫ liberationis de Egipto. In festo pentecostes: in memoriam date legis. In festo scenofagie siue tabernaculorum: in memoria mansionum in deserto. Hanc domuꝫ Cristus voluit sua presentia decorare. Ibi oblatus est quadragesima die postq̄ natus fuerat: Ibi inuentus post triduuꝫ in medio doctorum: vt dicitur Luce. ii. ca. Ibi docebat. vnde. xix. dixit: Cotidie apud vos eram docens in templo.

¶ Tertio consider⁹emus illius ciuitatis statum: facta equidem fuit ciuitas insignis & Regia: primusꝙ ibi regnauit Rex Saul: queꝫ Samuel vnxit in Regem. Secundus Dauid. Terti9 Salomon. Quartus Roboā. Quitus Abias. Sextus Asa. Septimus Iosaphat. Octauus Ioraꝫ. Nonus Ochozias. Decimus Iobas. Vndecimus Amasias. Duodecimus Oczias. Tertiusdecimus Iobathan. Decimusquartus Agatz. Quintusdecimus Ezechias. Decimussext9 Manasses. Decimusseptimus Amon. Decimusoctauus Iosias. Decimusnonus Ioachim. Vicesim9 Sedechias. Erat ergo ciuitas illa famosa plena

UVA. BHSC. IyR_144

populo & diuitiis. erāt ibi ornata hedificia: alta palatia: & iuuenes robusti & bellicosi. Sed ut dicit Lactātius li. ii. Tum maxime deꝰ ex memoria hominum elabitur: cum beneficiis eius fruentes bonorem diuine indulgentie dare debent. Ideo populꝰ Hierosolimorū vt patebit: incrassatus nimis: recalcitrauit.

¶ De nequicia populi Iudaici: & impietate multa. Ca. secundū.

QVanta fuit iniquitas Iudaici populi in Hierusalem habitātis inuestigandum est: ut sic pcipiamus q̄ iuste deus populum illum neq̄ tradidit in captiuitatem. Sunt autem tria q̄ accusant Hierosolimorū culpaꝫ & ipietateꝫ ¶ Primū est multiplex offensio ¶ Secūdū: temeraria p̄sumptio ¶ Tertiū: dura obstinatio.

¶ De octo peccatis quibus in Hierusalem offendebatur deus.

¶ Primum quod accusat & arguit Hierosolimorum culpā: est multiplex offensio. In multis namq; non in vno solo peccato offendebāt deum. Octo tamen erant inter cetera peccata principalia: que abūdabant in illa ciuitate ¶ Primum peccatū dicit negligētie. ¶ Secūdū iniustitie ¶ Tertium: auaritie ¶ Quartum: fraudulentie. ¶ Quītū violentie ¶ Sextum: luxurie ¶ Septimuꝫ: idolatrie ¶ Octauū: inreuerentie. ¶ Primum peccatum quod abundabat in illa ciuitate dicitur neglientie. Superiores namq; non curabant de salute subditorum: quinymo suo malo exemplo corrumpebant eos: & inducebāt ad malefaciendumꝫ. hinc Iheremias conquerebat̄. x. ca. dicens: Stulte egere pastores: & deum non exquisierunt: ꝓpterea nō intellexerunt: & omnis grex eorum dispsus est. & .xxxiiii. ca. Ibere. aiebat: ¶ Ve pastoribꝰ qui dispdūt & dilacerāt gregē pascue mee: dicit dñs. Sis cautꝰ o predicator: neꝓpter ista prelatis detrahas: si boni sunt: bene erit ipsis. si vero mali: iudicet illos deus. Nostra vero non interest illorum increpare delicta ¶ Secundum peccatum quod abūdabat in ciuitae Hierusalem erat iniustitia. & de hac Ibere. v. cap. ait. Circuite vias Hierusalem: & aspicite & considerate: & querite in plateis eius: an inueniatis virum facientem iudicium: & querētē fidem. Et infra: Causam vidue non iudicauerunt: & causaꝫ pupilli non direxerunt. O quid de nobis dicam: heu heu: periit ꝓfecto de terra iustitia. timore: amore: odio: ac precio est electa. vt dicitur .xi. q. iii. ca. Quatuor. Sꝫ ꝓfecto impletum est dictum Isidori qui ait. xi. q. iii. ca. Paup. Pauper dum non habet quid offerat: nō solumꝫ audiri cōtemnitur: sed reprobat̄. Cito violat̄ auro iustitia. nullāq; reus ptimescit culpam: quam nūmis redimere existimat. & tamen

UVA. BHSC. IyR_144

ut dicit Ag9. li. iiii. de ci. dei: Amota iustitia: qd aliud sunt regna nisi latrocinia? Ideo dicit. xii. q. ii. ca. Cuz deuotissimā. Summū in rebus bonum est iustitiaz colere: ac sua cuiqꝫ iura seruare. & Arist. .v. ethi. ait: Preclarissima virtutū esse videt iustitia. & neqꝫ hesperus: neqꝫ lucifer ita admirabilis ¶ Tertium peccatum quod erat in Hierusalem erat Auaritia. de qua Iheremie. vi. ca. sic scribitur: A maiore usqꝫ ad minorem omnes studet auaritie: & a ꝓpheta vsqꝫ ad sacerdotem cūcti faciunt doluz. Hoc tamē tempore nescio quid referam: quando mundus totus auaritie vinculis detinetur. ob illa eteiz multiplicata sunt omnia mala: piuria. s. fraudes: deceptiones: mendacia: odia: liuores: rancores: rapine: vsure: simonie: & similia. ¶ Quartum peccatum quod erat in Hierusalem: fuit fraudulentia. Oms pro maiori pte erant simulati: ficti: astuti: callidi: & decepto res in omni arte: in omni exercitio: i omni deniqꝫ cōuersatione sua. vnde Ihere. ix. ca. dicebat: Vnusquisqꝫ a ꝓximo suo se custodiat: & in omni fratre suo non habeat fiducia: quia omnis frater supplātās supplātabitur: & omnis amicus fraudulenter incedit ¶ O quis habz nunc vnum amicum verum: Inquit Amb. li. iii. de officiis: Facilis vox & cōmunis: tuus sum totus: sed paucorum effectus ¶ Quintū peccatum Hierusalē fuit violentia. de hoc dicit Iheremie. xxxiiii. ca. Retraxerunt seruos & ancillas suas: quos dimiserāt liberos: & subiugauerunt in famulos & famulas. hic dicit Nicola9. de lira: ꝙ Exodi. xxi. ca. dictum fuit: Si emeris seruum hebreum: sex annis seruiet tibi in anno septimo exeat liber gratis: ita ꝙ non poterat ultra teneri: nisi vellet remanere ¶ Tempore vero Sedechie Regis & ante tenuerant seruos & ancillas diuti9 ꝓpter auaritiā suā. tamē ad monitionem Iheremie: & aliorum virorum bonorū Rex Sedechias & sui subditi statuerūt firmiter dimittere seruos suos hebreos & ancillas scdz pceptū legis. & vt hec ordinatio esset firma: scinderunt vitulum in duas partes: & inter illas ptes transierunt Rex & principes eius: ad significandum: ꝙ sic esset dignus occidi & diuidi infringens illam ordinationem. verūtamen post cupiditate ducti: retraxerunt ad se redigendo in seruitutem: & sic non solum peccauerunt contra legem diuinam: sed etiam contra statutum ꝓprium. Similes his hodie sunt qui retinent famulos & ancillas: & ꝑmittūt eos perire fame & frigore. suntqꝫ illis infesti: non solum cōpellendo plus debito laborare: sed etiam iniuriando & cōtumeliis ac verberibus afficiendo. Non didicere isti disciplinam sapiētis: q Eccle.

UVA. BHSC. IyR_144

quarto ca. ait: Noli esse sicut leo in domo tua: euertens domesticos tuos: & opprimens subiectos tibi: & ꝑ hoc facit id Senece ad Lucilium: Colant inquit te potius serui tui: q̃ timeāt ¶ Sextum peccatū Hierusalez fuit luxuria: & de hoc dicitur Iheremie. v. ca. in ꝑsona dei: Saturaui eos: & mechati sunt. &. xxiii. ca. Adulteriis repleta est terra. Sileant de hoc verba: loquāt̃ exempla ¶ Septimum peccatum fuit Idolatria: de qua Iheremie. i. ca deus conquerebatur sic. Dereliquerunt me: & libauerunt diis alienis: & adorauerunt opus manuum suarum ¶ Octauum peccatum fuit Irreuerentia ad cultum diuinum: nam in templo absq; deuotione ingrediebantur: & egrediebātur. & de hoc sic habetur Ihere. vii. ca. Fecere filii Iuda malum in oculis meis: dicit dominus: posuerunt offendicula sua in domo: in qua inuocatum est nomen meum: ut polluerent eam. ¶ O q̃ reprehensibiles cristiani sunt: qui templa dei & ecclesias tanq̃ lupanaria calcant: pro quib9 facit illud quod scribitur de īmunitate ecclesie: li. vi. in ca. Decet. Decet domum domini sanctitudo: decet ut cui9 ī pace factus est locus eius: cultus sit debita veneratione pacificus. Sit itaq; ad ecclesias humilis & deuotus ingressus: sit in eis deuota cōuersatio: deo grata: inspiciētib9 placida. In Hierusalē ergo erāt huiuscemodi vicia & alia plurima q̃ solz abhorrere deus.

¶ De presumptione populi.

¶ Secundum quod accusat & arguit Hierosolimorum culpam: est temeraria presumptio. In tot enim peccatis deum spernebant. vñ Iheremie. v. ca. dicitur: Negauerunt dominum: & dixerūt: nō est ipse: neq; veniet super nos malum: gladiuz & famen non videbim9. & infra. non dixerunt in corde suo metuamus dominum deum nostrum. confidebant ergo in seipsis: & perseuerātes in malis suis: penitentiaz recusabāt. de hoc dicit̃ Ihere. viii. ca. Nemo quod bonū ē loquitur: nullus est qui agat penitentiam sup peccato suo: dicens: quid feci: oms conuersi sunt ad cursum suum: quasi equ9 in impetu vadens ad prelium.

¶ Tertium quod ostendit Hierosolimorum culpam: est dura obstinatio. Nam cū ꝑ plures annos populus ille cōmonitus fuisset: nūq̃ se corrigere voluit. Inquit Hiero9. in cōmento sup Iheremiam q̃ Iheremias cum esset adhuc puer ꝓphetare cepit anno. xiii. Iosie filii Amon Regis Iuda: ꝓphetauitq; in Imperio eius annis. xix. & postea sub Ioachim filio eius annis. xi. & sub Sedechia qui vltimus fuit regni Iuda: annis. xi. usq; ad quintū mensez: quādo a Babilonis

UVA. BHSC. IyR_144

capta est Hierusalez: ac p hoc ab exordio ꝓphetie sue: usq; ad captiuitatem Hierusalez: qua & ipse captus est: ꝓphetauit annis. xli. & predixit clare ciuitatis excidiū: nisi penitentiam agerent. at illi nō solum non timebant: & humiliabāt se deo: verum etiaz Iheremiam psequebantur: scribitur namq; Ihere. xxviii. ca. q; cum semel prophetasset: apprehenderunt eum dicentes: morte moriatur: & congregatus est omnis populus aduersus Iheremiam in domuz domini: tandem vtens bonis verbis Iheremias: dixit omnis populus: nō est viro huic iudiciū mortis: quia ī nomine domini dei nostri locut9 est ad nos. & Ihere. xxxii. habetur: qualiter cesum euz miserunt in carcerem: vbi sedit diebus multis. & Ihere. xxxviii. ca. narrat̃: qualiter submiserunt eum in lacum: in quo non erat aqua: sed lutū: multasq; alias psecutiones intulerūt sibi. O malitia incorrigibilis: O malignitas hominum iniquorum: O duricies prauoruz cordium: veritas adamatur: deus predicatur timend9: vicia increpātur: efferūt̃ virtutes & boni mores: tamen odio habentur qui deo iubente talia nunciāt. Idcirco nemo potest de deo cōq̄ri si in fine seuer9 appeat.

¶ De graui punitione & plaga Hierusalem. Ca. tertium.

EVi dudum longanimis per Iheremiā populum ad penitentiam vocauerat: sceleribus & malicia iniquorum ꝓuocatus ad vindictaz tñ excitatus est. quod ut cuncti valeant scire: in hoc misterio tertio de pena Hierusalez pertractabimus: de quatria sunt considerandā ¶ Primum dicitur: ciuitatis obsessio ¶ Secūdum: ciuitatis afflictio ¶ Tertium: ciuitatis deletio.

¶ De valida obsidione ciuitatis.

¶ Primum considerandum est ciuitatis obsessio: ut enim habet̃. iiii. Reguz vltimo ca. & . ii. Paralipomenon ul. ca. Anno. ix. Sedechie circundata est Hierusalez a Nabuchodonosor cū validissimo exercitu: & extincte fuerunt in circuitu eius munitiones: & clausa ē ciuitas decem & octo mensibus.

¶ Secunduz considerandum est ciuitatis afflictio. preualuit quippe interim fames: nec erat panis populo terre.

¶ Tertiū considerandū ē ciuitatis captio: nam ciuitas capta fuit: & fugit Sedechias. Rabi Salomon dicit: q; ipse fugit p quandam viaz subterraneam: cuius exitus erat bene longe a ciuitate: sed deus fecit apparere vnam capream siluestrem: & dum Caldei vellent eaz capere: fugiendo cucurrit sup terram: scdz viam illius linee subterranee predictam: usq; ad exitū: & sic Caldei inuenerūt Sedechiam

UVA. BHSC. IyR_144

qui exierat viam illam. Sed Nicol de lira dicit: q̄ hoc non est veri
simile: q̄ Caldei tunc intenderent venationi: ideo dicēdū: q̄ īsequu
ti sunt Sedechiam per indicium aliquorum: quos ceperūt in ciuita
te: qui non poterant fugere. scd̄z Magist. in hist. capta fuit ciuitas
circa mediam noctem. Captus itaq̄ fuit Sedechias: & adductus co
ram Nabuchodonosor: qui dixit ei: Magnus deus habens nequitiā
tuam odio: tradidit te mihi. Occidit & filios ei9 corā eo: oculos ve/
ro Sedechie effodit: & catenis vinxit eum: & duxit euz ī Babilonez
muri autez Hierusalem destructi sunt: & ciuitas expoliata: tandez
succensa: & populus ductus in captiuitatē. Refert Magist. in hist.
q̄ cum Nabuchodonosor intrasset Babilonem cum triūpho: victi/
mas solemnes: ymolauit diis suis: & solēnizauit cū omni populo no
uem diebus. cumq̄ recumberent exhilarati: precepit Rex: ut ad/
duceretur Sedechias in medium: & aliqui de cantoribus templi cū
eo: qui psallerent coram cōuiuantibus in musicis instrumētis: & ca
nerent ymnos de canticis Sion: Bibebant autem cōuiue in vasis do
mus domini: quorum quedam Nabuchodonosor consecrauit Idol:
quedam vero sibi reseruauit: cūq̄ darent psallentibus potū: clancu
lo precepit Rex: ut daretur Sedechie potus laxatiu9: & corā oīb9
ignominiose laxatus est. Sicq̄ irrisum reduxere ad carcerez: qui ni
mio afflictus dolore: post paucos dies mortuus est. At Nabucho/
donosor fecit eum honore regio sepeliri. Tali iuditio deus illuz pu
niuit: quia vt scribitur. ii. Paralipomenon vltimo ca. vigīti & vni9
anni erat: cum regnare cepisset: & vndecim annis regnauit in Hie
rusalem: & fecit malum coram oculis domini dei sui: nec erubuit fa
ciē Iheremie ꝓphete loquentis ad se ex ore domini. A Rege quoq̄
Nabuchodonosor recessit: qui adiurauerat eum per deum: & indu
rauit ceruicem suam & cor: ut non reuerteretur ad dominum deū
Israel. Si ergo ipse timuisset deum: abstinuisset utiq̄ a tot tantisq̄
peccatis: & deus misericordiam suam ostendisset illi. Quam nobis
exhibeat qui est benedictus in secula seculorum Amen.

¶ Sermo tertiusdecimus de iuditio dei contra Iudeos Cristum & ecclesiam persequentes.

Completis annis. lxx. Iudaice captiuitatis operāte Hes/
dra sacerdote: & Zorobabel: suscitauit dominus spiritū
Ciri Regis Persarū: qui anno primo sui Imperii laxata

UVA. BHSC. IyR_144

hebreorum captiuitate: quatuor ferme hominuꝫ milia fecit regredi in Iudeam: reſtituens eis vaſa templi aurea & argētea: quinque milia quadringēta: que Nabuchodonoſor portauerat in Babilonē. Sicq; rebedificata eſt Hieruſaleꝫ: & templum: eo tēpore quo Tarquinus ſupbus regnabat in vrbe. Colliguntur iſta ex primo libro Heſdre ca. primo. ex dictis Ioſephi: in libris antiquitatuꝫ: & Bede in libro de tēporibus. ſicq; populus ille ibi multiplicatus eſt vſq; ad tēpora Criſti: verūtn̄ quia Criſtum & eccleſiaꝫ Iudei acriter pſecuti ſunt: de qua impietate noluerunt penitere: volente deo ciuitas Hieruſalē a Romanis euerſa eſt: & populus fame & gladio periit. & qui remanſerunt viliter fuerunt venūdati. propterea ut indies ad timendum deum ſtudioſius inuigilemus: in hoc ſermone de iudicio dei contra Iudeos Criſtum & eccleſiam perſequentes verba faciemus: videbimuſq; qualiter ciuitas Hieruſaleꝫ deſtructa fuit: & populus eius diſpſus: De qua deſolatione tria miſteria erunt declaranda ¶ Primum dicitur: ſignificationis ¶ Secundū: prenuntiationis. ¶ Tertium: executionis.

¶ De ſignis & portētis quibus dei iudicia ſepe p̄mōſtrāt̄. Ca. i.

SIgnificata fuit portētis & ſignis deſolatio Hieruſalem: & in hoc apparet duritia populi: quia nūq̄ ad penitentiam rediit. verūtamen vt plenius intelligantur ſingula: in hoc miſterio tria ſunt dubia abſoluenda ¶ Primum An timendum ſit: cum alique nouitates apparēt in corporibus celeſtibus: etiam ſi naturaliter fiant? ¶ Secundum que ſunt illa ſigna: ꝓpter que timendum ē: ne īmineant de ꝓpinquo hominibus mala? ¶ Tertium: quib9 ſignis Hieroſolimorum excidium fuit premonſtratum? ¶ Pro primo dubio arguūt aliqui dicētes: illud Iher. x. ca. A ſignis celi nolite timere: que ſolent metuere gentes. Et tn̄ cōtra iſtos eſt auctoritas Criſti: qui Luce. xxi. ca. ait: Erūt ſigna in ſole: luna: & ſtellis. que verba dicta ſunt: ut p illa ſigna homines terreantur. Reſpōdet his Nicolaus de lira ſup prefato. x. ca. Iher. q; timere ꝓpter ſigna celi poteſt eſſe dupliciter: aut rationabiliter: aut ſupſtitioſe. primo modo licitum eſt: & ad prudentiam ſpectat ſic timere: nam licet corpora celeſtia ſunt agentia de neceſſitate: tamen habēt virtutem īmutandi elementa: & compoſita ex eis: ad diuerſas qualitates: ex quibus diſponūtur humana corpora ad varias infirmitates: ſicut ex dominio Martis colera accenditur: ex qua accenſione non ſolum corpora diſponuntur ad infirmitatem aliquaꝫ: ſed etiā appetit9 ſenſitiu9

UVA. BHSC. IyR_144

ad iram: ex quo sequūtur ulterius lites: & dissentiones: eo ꝙ homi
nes ut in pluribus sequūtur suas passiones: soli sapientes earū domi
nantur per rationem ¶ Timor autem facit precauere a malis futu/
ris: & ideo timere a celi constellationibus: ad hoc ꝙ homo consulat
de habendo remedio: contra dispositionem ad infirmitates corpo/
rum & passiones malas: & alia huiusmodi que possunt ex influētia
celi causari: non est malum: sed bonum: & satis conueniens ¶ Secū
do modo timere ꝓpter signa celi. s. supstitiose: illicitum est: & pec/
catuꝫ. & sic loquitur Iber. vnde subdit: quia voces populorum va/
ne sunt. quod isup ponit̄. C. de penis. l. decurionū. Filii vane īquit
voces populorum non sunt audiende. Apud populos autez triplex
supstitio inuenta est circa corpora celestia ¶ Prima: eorū qui dixe
runt illa esse animata ¶ Secunda: eorum qui dixerunt illa esse deos
¶ Tertia: eorum qui dixerunt: corpora celestia inprimere in intel
lectum nostrum ¶ Prima supstitio est eorum qui tenuerunt corpo
ra celestia esse animata. Cōtra quos est auctoritas Damasceni: qui
in. ii. li. ait: Nullus animatos celos vl̄ luminaria existimet: īanima/
ti enim sunt: & insensibiles. & Ag9. li. xiii. de ci. dei ait: Nō est cre
dendum ꝙ Plato dicit: globos istos luminuꝫ siue orbiculos luce cor
porea sup aerem seu die seu nocte fulgentes: suis quidem ꝓpriis a/
nimabus viuere. & xviii. li. de ci. dei dicit: ꝙ Anaxagoras factus
est reus apud Athenienses: quia dixit solem esse lapidem ardenteꝫ
negans vtiq; ipsum esse deum: vl̄ aliquid animatum. Si vero obice
retur: ꝙ non solum Platonici: sed etiam doctores fidei tenuerunt
corpora celestia esse animata: vt Origenes: & Hiero. Ag9. isuper
hoc sub dubio derelinquit. vt. lxxiii. in eucheridion. & in. ii. super
geneſiꝫ ad lit. ubi dicit: ꝙ si sunt animata corpora celestia: ꝓtinent
ad societatem angelorum eorum anime. Respondet Tho. i. pte. q.
lxix. vel. lxx. ꝙ inter ponentes corpora celestia esse animata: vl̄ in
animata: parua vl̄ nulla est differentia in re: sed in voce tantū. qm̄
dici possunt aīata: non sicut planete & animalia: sed equiuoce īq̄tuꝫ
substantie spirituales vniuntur corporibus celestibus: ut motores
mobilibus. quo fit: ut motus celestium corporum sit ab aliqua sub/
stantia apprehendente: & non soluꝫ a natura: sicut grauia & leuia.
vnde Ag9. dicit. iii. de trinitate: Corpora oīa administrari a deo ꝑ
spiritum vite. Secunda supstitio fuit aliorum dicentium corpora
celestia esse deos: ut fuerunt Egiptii. de quibus Eusebius Pāphili
li. i. de euangelica ꝓparatione ait: Egiptios ferūt primos omnium

UVA. BHSC. IyR_144

cum in celum oculos ſuſtuliſſent: motum: ordinem: & quantitates celeſtium corporum admiratos: ſolem ac lunā: deos putaſſe. ¶ Tertia ſupſtitio fuit aliorum: qui tenuerunt: ꝙ copora celeſtia imprimunt in intellectuꝫ noſtrum. quod utiq; falſuꝫ fore oſtendit Tho. in. iii. ſumme contra gentiles: dicens: ꝙ directe & ꝑ ſe nō īprimit: quia vt dicit Dyo9. li. de diuinis nominibus. & Ag9. iii. de trinitate: Diuine ꝓuidentie ordo eſt: ut per ſuperiora regātur inferiora: & moueantur. intellectus autem ordine nature omnia corpora excedit. impoſſibile eſt ergo ꝙ corpora celeſtia agant in intellectum directe. nec poſſint eſſe cauſa per ſe: eorū que ſunt circa intellectuꝫ Inſup nullum corpus agit niſi ꝑ motum: vt habet. viii. phiſicorum. ergo que ſunt omnino extra motū nō pñt eſſe cauſata a corporibus celeſtibus: ſed ea que ſunt circa intellectum: ſunt omnino extra motum. per ſe loquendo: ſicut pꝫ. vii. phi. quinymo ꝑ quietem a motibus fit anima prudens & ſciens: vt dicitur ibideꝫ ¶ Indirecte tamē corpora celeſtia poſſunt īprimere in noſtrum intellectum: quia licet intellectus noſter non ſit virtus corporea: tamen in nobis operatio intellectus cōpleri non poteſt ſine operatione virtutum corporearuꝫ: que ſunt imaginatio: & vis rememoratiua: & cogitatiua: & inde eſt ꝙ impeditis harum virtutum operationibus ꝓpter aliq̃ indiſpoſitionem corporis: īpeditur operatio intellectus. ſicut patꝫ in freneticis: & litargicis: & ſimilibus: & ꝓpter hoc etiam bonitas diſpoſitionis corporis humani: facit actum ad intelligendū: inq̃tū ex hoc predicte vires fortiores exiſtunt: diſpoſitio autem corporis humani ſubiacet celeſtib9 motib9. & ſic ad ꝓpoſitum redeundo: ſupſtitioſe opiniones de corporibus celeſtibus non ſunt acceptande.

¶ Secundum dubiū quod erat abſoluēdū: que ſunt illa ſigna: ꝓpter que timendum eſt: ne īmineant de ꝓpīquo hominib9 mala? & dico ꝙ ſunt tria. ¶ Primum: ſolis & lune defectio ¶ Secundum cometarum apparitio ¶ Tertium: portentorū frequentatio. ¶ Primum ſignum quotienſcūq; eteiꝫ eclipſatur ſol: vel luna: timenduꝫ eſt de aliquo malo venturo. ꝓbatur hoc primo ꝑ Ptolomeum: qui in centiloquio ait: Sol & luna ſunt domini aliorum planetarum: eo ꝙ ſunt cauſe totius operis & gubernationis ſtellarum: ideo eclipſis accidētia grandia ſignificat. & Meſſala. ca. vii. de temporū varietate ait: Scito ꝙ in eclipſi ſolis aut lune non poterit fieri: quin ſignificet̃ aliquod magnum accidens: ſcd̄m quantitatem eclipſis ipſius. Nam in ſignis igneis ſignificabit interituꝫ Regis & diuitū: & ſiccitateꝫ &

UVA. BHSC. IyR_144

terre ſterilitatem atq; famen. & Virg. in primo georgi. inquit: Sol tibi ſigna dabit: ſolem quis dicere falſum Audeat: ille etiam ce cos inſtare tumultus. Sepe monet fraudem: & opta tumeſcere bel la. Ille etiam extincto miſeratus Ceſare Romaz. Cuz caput obſcu ra nitidum ferrugine texit. Impiaq; eterna timuerūt ſecula noctē. Recitat Ricobald9 in cronicis: q; anno Neronis quarto ſolis defe/ ctio fuit: & terremotus magnus. Tunc magna ꝑſequutio inſurre/ xit contra criſtianos: Petrus & Paulus martirio fuerunt coronati. Poſt paſſionē vero illorū tanta Rome peſtilentia fuit: ut triginta milia funerum in fatione venerunt. Laodicia: & Coloſſa: & Ioro/ polis: vrbes in Aſia terremotu conciderunt. Tempore Conſtanti ni. iii. facta eſt ſolis defectio. hic Cōſtantinus Italiā de Longobar/ dis liberare conatus: ab Athenis ꝑ mare Tarentū tranſiuit: oīſq; vrbes in Cāpania & terris circūuicinis a Lōgobardis occupatas ꝑ quas venit vi cepit. Romam tandem pergit: papam Martinū occi dit. In Sicilia apud Siracuſas a ſuis occiditur. Paulopoſt Sarrace/ ni cum nauibus in Siciliam veniunt: Siracuſas captas diripiunt or/ namenta: Alexandriam deferūt. Templuz conſtruitur in Hieruſa lem: vbi templum Salomonis fuerat. ¶ Tempore Lotarii ſecundi factus eſt ſol ſanguineus: & poſt paucos dies hominum lues eſt ſe/ quuta. Refert ad hoc Eutropius: q; feruēte tumultu bellorum ci/ uilium: tres ſoles ſimul exorti ſunt: qui paulatim cohierūt in vnū. Scias tamē: q; non ſunt idē eclipſis ſolis: & multiplicatio in aſpectu. nam ut dicit Iſidorus: li. iii. ethimologiaruz: Eclipſis ſolis eſt: quo/ tiens luna. xxx. ad eandem lineam qua ſol vehitur peruenit: eiq; ſe obiciens ſolem obſcurat. nam deficere nobis ſol videtur: duz illi or bis lune opponitur. De multiplicatione vero ſolis: quia videntˇ. iii. dicit Seneca: li. primo de queſtionibus naturalibus: hos non eſſe ſo les: ſed imagines ſolis in nube ſpiſſa ſoli ꝓpinq̄: in qua radii ſolares incluſi ſunt. & Iohannes ſolobrienſis in policratone li. ii. ait: Quo/ tiens ſolī celo videbiˇ geminari: inūdationē aquarum ſubtus orbis expectet. & licet a raritate ſui miraculis videatur accedere: opus tamen nature eſt. que quidem ſoles non geminat: ſed nubem ſimil limaz facit: vocaˇq; parelion: Eſt enī parelion nubes ſimillima ſoli. ¶ Secundum ſignum ꝓpter quod timenda ſunt mala futura: dicitur comete apparitio. de qua nota: q; dicit Tullius li. ii. de natura deo/ rum: q; cometa grecum vocabulum eſt: quam latini crinitam ſtellā vocāt: eo q; comas luminis de ſe fundat: Pictagorici dixerūt come

UVA. BHSC. IyR_144

tam esse vnam de. vii. stellis erraticis: quorū falsitas apparet: cum sepe omnes luceant apparente cometa. Arist. i. metha. scribit: Anaxagoram: Democritum & alios dixisse cometam fore de natura celi. sed cum omnis stella celi sit ppetua: & cometa videatur deficere absq; eo q; solis radiis abscondatur. Ideo dicendum cuz Iohanne damasceno: q; cometa non est stella de natura celi: sed vapor ad volū/tatem creatoris accensus in viscosa materia & adustibili. De apparitione ergo comete dicit Ptolomeus in cētiloquio ꝓpositione. xcix. & in. ii. quadripartiti: cap. ul. & Arist. in primo metha. q; significat malos effectus. Scribit Seneca in questionibus naturalibus: q; due Insule submerse sunt: prenūtiante cometa. Narrat Iustinus: q; anno quo natus est Mitridates: & anno quo primum regnare cepit: cometa per vtrūq; tempus multis dieb9 splenduit cū luce tāta: ut celum omne videretur ardere: in quantitate videbatur occupare magnum celi spacium: & in luce vincebat nitorem solis. apparebatq; horis quatuor: Hic Mitridates. xlvi. annis cum Romanis atrocia bella gessit. De quo scribit Valerius in rubrica de studio & industria. & idem cōfirmat Solinus in li. de mirabilibus mūdi: vigītiduarum gentium quibus impabat ideoma didicerat: & vt refert Iustinus: & Eutropius: Cum Nicomedem Regem Bithimie regno pararet pellere: amicum Romanorum: cuz diceretur sibi: q; si id faceret: Romanis displiceret. cum Ephesum peruenisset: crudeli edicto: vt scribit Valerius in rubrica de crudelitate: multa familia Romanorum ciuium in Asia per vrbes negociandi causa dispsa: vna epistola & vno die truncari fecit. q̃ miserabilis illa rerum facies fuit: ut vbicūq; Roman9 fuisset inuent9: puta in agro: in domo: in foro: in via: in templo: in lecto: in conuiuio: velut bestis mactaretur. Seneca li. vi. de questionibus naturalibus dicit: q; imperāte Nerone senis mensibus apparuit cometa: neq; vero peius quid illis temporibus potuit esse: q̃ viuere sub domino taz criminoso. de quo dicit Iohannes solobriensis in policratone: li. i. In tanta mole imperii omnem perosus est grauitatem: philosophiam psequens q̃si maiestatis Impii inimicam: & nobiliora ingenia veritus: se cōsiliis subdidit histrionum. Cum vero esset omniuz auarissimus. adeo ut nulli quodcūq; officium delegaret: quin ꝑsequeretur. nosti quid mihi opus est: aut illud subiceret: Qui omnibus preest: omnib9 indiget. tñ histrionibus & mimis pecunias infinitas erogare nō grauabat̃: singulos prout quibusq; placuerat amplissime dignitatis nomine

UVA. BHSC. IyR_144

sublimabat: Alios patricios: alios Senatores: dicens: Hos illustrium spectabiliumue nominibus illustrabat.

¶ Tertium signum: ꝓpter quod timenda sunt mala futura: dicitur portētorum frequentatio. quando multiplicantur ꝓdigia & ostenta solent sequi ꝓditinoes: & mala. vnde Plinius li. ii. de naturali historia scribit: ꝙ anno anteq̄ Crassus occideretur a Parthis: ferruz pluit in Lucanis: & omnes Lucani milites: quorum numer9 multus erat: in illo exercitu fuerunt cesi. Recitat Horosius: ꝙ anno ab vrbe condita quadringentesimo octoagesimo: sanguis de terra e multis fontibus scaturiit: ꝓ malo quod sequutū est: quando sequēti anno terribilis pestis Romanos inuasit. Idem Horosius refert: ꝙ anno ab urbe condita quadringentesimo octoagesimosexto: dira ꝓdigia visa sunt Rome: edes salutis ictu fulminis dissoluta est. Apud formas: multis ictibus fulminū menia ūdiq̄ cōbusta & dissoluta sunt. Sequenti anno Sēpronius consul aduersus Picentes exercitum duxit: triste adeo id bellum fuit: ut cum media pugna contremuisset terra: & fuisset terremot9: & diceret ꝙ cū sono tam horribili sanguinem humanum accipere voluisset ¶ Romani quippe pauci admodum qui remanserunt: vicerūt. quia vtraq̄ pars gladio corruit: paucis Romanis remanentibus. Horosius insup dicit: ꝙ bellum Picentum: Marsorum: pelignorum: Samnituz: & Lucanorū multa ꝓdigia preceſſerunt: nam Rome sub ortu solis globus igne9 e regione Septētrionis cum maximo celi fragore emicuit: Apud Tarentinos cum panes ꝑ cōuiuia frangerentur: cruor e mediis panib9 q̄si e vulneribꝰ corporū fluxit. tunc ꝑ. vii. cōtinuos dies grādo lapidum: inmixtis etiam testarum fragmentis: terrā latissime verberauit. Bellum punicum secundū multa ꝓdigia premonstrarunt. Naz bos quidē loquut9 ē Rome: dicens: Caue tibi Roma. & Ag9. li. v. de ci. dei ca. vl. de hoc ait. Omitto boues loquutos: ifantes nō dum natos: quedam verba clamasse de veteris matrum: volasse serpentes: feminas & gallinas & homines in masculinum sexum fuisse conuersas. Inter cetera mala: que ex post sequuta sunt scdm Horosium. in ea pugna que apud Cānas celebrata est. xliiii. milia Romanorum cesa sunt. Hanibal in testimoniuz victorie tres modios anulorum aureorum: qui ex manibus interfectorum detracti fuerāt: Cartaginem misit. Narrat Sigibertus: ꝙ in Gallia ante solstitium estiuale orta tempestate: cum grandine ingens fragmentum glacei de celo cecidit: cuius latitudo sex pedum: altitudo duorum: lon

UVA. BHSC. IyR_144

gitudo vero quindecim fuit: & ut scribitur in speculo gestorū mū/
di: Statim Normandi septentrionales populi venerunt in Galliaz
potenti manu: domueruntq; Gallos strage bellica p. xl. annos: po/
stremo in signum pacis data est quedam portio Gallice regionis q̄
usq; ad ista tempora dicitur Normandia.

¶ Tertium dubium aperiendum fuit: quib9 signis Hierosolimorū
excidium fuit premonstratum: & licet fuerint multa: que Ioseph9
ponit in libris quos scripsit de bello Iudaico: nos tamen aliqua prin
cipalia colligemus. Et primum fuit: q̄ stella quedam p̄ annum sub
forma gladii stare visa est: q̄si īminēs desup ciuitati ¶ Secūdū cū die
festi populi conueniissent: octaua die mensis Aprilis noctis tempo/
re hora. ix. tantus fulgor luminis aram templumq; circūdedit: ut
dies clarissimus videretur. mansitq; spatio hore dimidie: hoc quidē
ignaris p̄sperum visum est: sed p̄bos peritosq; portentum exiciale
non latuit ¶ Tertium signū: q̄ luna eclipsiz per. xii. noctes cōtinuas
passa est ¶ Quartum signum: q̄ ianua templi que erat ad orientez:
cum esset ere solido induta: tanti ponderis: q̄ vix viginti viris sum
mo conatu impellentibus clauderetur: repente hora noctis. vi. p̄
se ipsam aperta est. quā q̄ ferreis vectibus teneretur ¶ Quintum
signum: q̄ die. xxi. Maii p̄pe solis occasum: visi sunt currus & qua/
drige in omni regione per aerem ferri: & armatoruz cohortes: nu
bibus cōmisceri ¶ Sextum signum: in nocte pentecostes sacerdotes
ingressi templum: ad diuina offitia celebrāda: primo senserūt quos
dam strepitus: & paulopost audierunt voces clamātes: Discedam9
ab his sedibus ¶ Septimum signum: quidam Ihesus nomine p̄ qua/
tuor annos clamauit continue alta voce: Vox ab oriente: vox ab oc
cidente: vox a quatuor ventis: vox sup Hierusalez: vox super spon
sos & sponsas. voxq; super vniuersum populum: Sicq; indesinenter
die ac nocte clamabat: per vicos & plateas discurrendo: & flagella
tus ac p̄cussus: etiaz ante iudicem flagris: usq; ad ossa lacerat9 ut ta
ceret: cum quodam eiulatu semper illud replicabat: addens: ve
Hierosolimis: ve masculis & femellis.

¶ Qualiter Cristus prenuntiauit excidium Hieroso
limorum: precipue tribus vicibus. Cap. secūdū.

Hic ad mentem reducendum est: q̄ dominus & saluator no/
ster Ihesus cristus illi populo prenūtiare dignat9 est: que
re furorez domini. Tribus autē vicibus id fecit: quod cōmemorat̄

UVA. BHSC. IyR_144

a Luca: primo. xix. ca. ſecūdo. xxi. ca. tertio. xxiii. ca ¶Primo Luce. xix. habetur qualiter cuꝫ dominica oliuarum veniret in Hieruſalem: & turbe ꝓceſſerunt ei obuiam: videns Ihesus ciuitatem: fleuit ſup illaꝫ dicens ſup ea ¶O Hieruſalem plena populo: O ciuitas ſacerdotalis & regia: venient dies inte: & circūdabūt te inimici tui vallo. & circūdabunt te: & coanguſtabunt te vndiqꝫ: & ad terram proſternent te & filios tuos qui inte ſunt: & nō relinquent inte lapidem ſup lapidem: eo ꝙ non cognoueris tempus viſitationis tue. Inquit ꝓpterea Hiero9. in queſtionibus ad Helbidiam: Intantum Hieruſalem amauit dominus: vt fleret eā: & plangeret. & pendēs in cruce loqueretur: Pater ignoſce illis: quia neſciunt quid faciunt. Itaqꝫ inpetrauit quod petierat: datumqꝫ eſt tempus penitentie: vꝫ. ad quadrageſimum ſecūdum annum. poſt quod perſeuerantibus illis in blaſſemiam. Egreſſi ſunt duo vrſi de ſiluis gentium Romanorum: Veſpaſianus & Titus: & eos interfecerunt atqꝫ lacerauerūt. hec ille ¶Secundo Criſtus prenūtiauit deſolationem Hieruſalem Luce. xxi. cum dixit: Erit enim preſſura magna ſup terraꝫ: & ita populo huic: & cadent in ore gladii: & captiui ducentur in omnes gentes: Hieruſalem calcabitur agentibus: donec impleantur tempora nationum ¶Tertio Criſtus prenūtiauit ruinam Hieruſaleꝫ: Luce. xxiii. quando die paſſionis ſue ſeq̄batur illum cruce oneratuꝫ multa turba populi: & mulierum: que plāgebant: & lamētabantur illum. Conuerſus autem ad illas Ihesus dixit: Filie Hieruſalem nolite flere ſup me: ſed ſup vos ipſas flete: & ſup filios veſtros. quoniam ecce venient dies: in quibus dicent: Beate ſteriles que nō genuerunt: & vbera que non lactauerūt ¶Quid plura: crucifixus eſt Criſtus: & tota mundialis machina eſt cōmota: tremuit terra: obſcuratus eſt ſol: petre contrite ſunt: aperta monumenta: & velum templi ſciſſum eſt in duas partes a ſummo uſqꝫ deorſum: ut dicitur Mathei. xxvii. tamen Iudei duriores effecti in Criſtum & eccleſiaꝫ ſeuiunt. Poſt Criſti reſurrexionem quinquageſima videliceꝫ die: apoſtoli receperunt ſpiritum ſanctum: & ea die Petrus publice predicauit reſurrexionem Criſti: & penitentiam in remiſſionem peccatorum: vt dicitur actuuꝫ. iii. ca. & poſtq̄ ſanauit claudum & paraliti cum: ex vtero matris: qui ſedebat ad portam templi: que vocabaṫ ſpecioſa: dicens: In nomine Ihesu ſurge & ambula: cum eſſet factus cōcurſus populorum ad rem tam grandeꝫ videndam. Iterum predicauit Petrus innocentiam Criſti: & impietatē eorū cōtra illum:

UVA. BHSC. IyR_144

& ſubdit: Penitemini: & cōuertimini: ut deleantur peccata veſtra. actuum. iiii. ca. Sed ecce ſacerdotes & magiſtratus templi iniecere manus in Petrum & Iohannem: & carcerauerunt eos. actuum. v. ca. Sequenti vero die eductos de carcere liberauerunt: precipientes ne docerent in nomine Ihesu. Cuius autem illi pſeuerarent in doctrina: iterum poſuerunt eos in cuſtodia publica: a qua fuerunt p angelum liberati. Et ne ſingulis īmoremur: obſtinati Iudei lapidauerunt Stefanum: actuum. vii. ca. Surrexit tandem Saulus cōtra diſcipulos: q conuerſus eſt ex miraculo Criſti ſibi apparentis. actuum. ix. ca. & a Iudeis pſecutiones grauiſſimas paſſus eſt. Occiſus ē Iacobus frater Iohannis gladio. Incarceratus Petrus: & per angelum liberatus: actuum. xii. ca. Sicq; continue addebant mala malis miſerabiles Iudei.

¶ De terribili ſententia diuini iudicii cōtra Hieruſalem. Ca. iii.

NEſcio quis tam ferus eſſe poteſt: ut ſine gemitu audiat: que paſſa eſt Hieroſolomitana ciuitas: recto iuditio dei. Idcirco in hoc miſterio de executione diuine ſentētie cōtra Hieruſalem dicemus: de qua tria ſunt conſideranda ¶ Primū eſt multitudinis concluſio ¶ Secundum: famis afflictio ¶ Tertium: ciuitatis deletio ¶ Primum conſiderandum eſt multitudinis concluſio. Cum enim ab exercitu Romanorum circūdata fuit Hieruſalem: concluſa inuenta eſt ibi innumerabilis multitudo populi ¶ Refert Euſebius li. iii. hiſtorie eccleſiaſtice: quod etiam Ioſephus ponit: q; ex omni Iudea populi in die ſolemni paſce Hieroſolimam velud exitiali quadam manu cogente conuenerunt: quos tricies centenamilia hominum dicit fuiſſe: iuſto. ſ. iudicio dei: tempore hoc ultionis electo: ut qui in diebus paſce ſaluatorem ſuum Criſtum domini cruentis manibus: & ſacrilegis vocibus violauerant: in ipſis diebus: velut in unum carcerem omnis multitudo concluſa: feralis pene exicium quod merebatur exciperet ¶ Secundum conſiderandum eſt: famis afflictio. obſeſſa nāq; ciuitate fecerunt Romani vallum munitiſſimum in circuitu: ita ut nullus ciuitatem exiens illud ptranſire poſſet. ob quā cauſam in breui ciuitas vrgeri fame cepit: tantūq; excreuit penuria rerum: q; ppter famem ea q̄ referā: dicit Ioſeph9 mala ſequuta. ¶ Primum q; predones per ciuitatem diſcurrentes vi intrabant domos: & rapiebant ſi quid ibi inueniſſent comeſtibile. ¶ Secundum q; filii ex ore parentum: & ecōuerſo violenter ſtricto manibus gutture: maſticatum cibum extrahebant: & velut rabidi

UVA. BHSC. IyR_144

comedebant ¶ Tertium: ꝙ etiam fimum boum aliaꝙ īmunda ſum
pſerunt in cibum ¶ Quartum: ꝙ multi contendebant exire vt her
bas colligerent & capiebantur a Romanis. & tantus fuit numer9
captiuorum: vt tute cuſtodiri non poſſent: quaꝓpter ſtatutuꝫ fuit:
ut euulſis eorum oculis: manibuſꝙ amputatis: cōpellerent̃ ſic ad ci
uitatem redire ¶ Quintum ꝙ pleriꝙ diuites timentes ne ſua ioca/
lia ad manus Romanorum venirent: quos veriſimiliter preſume/
bant ciuitatem debellaturos: illa deglutiuere. cuius rei fama cū de/
ueniſſet ad aures Romanorum: cōmouit eos ut extimarent capti/
uos Iudeos: quos tenebant gemmas in ventre adhuc retinere. qua
re vna nocte duorū miliū patefacta ſunt viſcera ¶ Sextū: ꝙ multi
formoſi & delicati iuuenes in via: in plateis: inꝓpriis domibus fa/
me vexati: inꝓpuiſa morte & repentina cadebāt. & ſepius illi qui ca
dauera ſepeliebant ſup̃ ſepultos mortui & ipſi deficiebant ¶ Septi/
mum: ꝙ inuente ſunt mulieres filios ꝓprios comedentes. vnde &
de quadam dicit Ioſephus: ꝙ cum fame torqueretur: nichil habens
ad comedendum: lactantem filium in manibus tenens: dixit: Infe/
licis matris: infelitior fili: in bello: in fame: in direptione: cui te re
ſeruabo. veni ergo nunc o mi nate: & eſto cibus matri: predonibus
furor: ſeculis fabula. & his dictis filium iugulauit: & coxit. dimidi
um comedit: ptez alteram occultauit. Ecce cōfeſtim predones odo
rem carnis cocte ſentientes: in domuꝫ irruūt: & vt carnem prodat
mortem minantur ¶ Tunc illa detegens infantis menbra: Ecce iꝗt
vobis partem optimam reſeruaui ¶ At illos tantus horror inuaſit:
ꝙ nec loqui potuere. Et illa: Meus eſt inquit filius: meum eſt pec
catum: ſecuri edite: quia prior ego comedi quē genui ¶ Illi vero tre
mentes & territi diſceſſerunt ¶ O quot erant in ciuitate illa amara
ſpectacula: vbi videbantur cotidie tot morientes. O quot infantes
& pueri extendentes manum ad vbera matrum: & panem peten/
tes: ad pedes illarū extincti ruebāt. O quot erāt ibi flebiles voces:
quot lamēta: quot ſingult9: quot ſuſpiria. & tn̄ a deo nō exaudiebāt̃.
¶ Tertium conſiderandum eſt ciuitatis deletio. Anno enim ſecūdo
Impii Veſpaſiani ¶ Titus eius filius: qui in obſidione remanſerat ci
uitatem cepit: quam a fundamentis ſubuertit. vbi periere viroruꝫ
vndecies cētenamilia fame & gladio: preter mulieres & paruulos:
reliqui venundati ¶ Vbi es ergo magna ciuitas Hieruſalem? vbi es
decora Sion? vbi es ciuitas quondam referta gentibus? domina po/
pulorū: Regibus veneranda: acceptabilis deo: ſedes gratie: vbi es

UVA. BHSC. IyR_144

templum illud mirabile: pauimēta marmorea: porte nitētes auro: Omnia utiq; euersa & a fundamētis dirupta fuere. O inuictissima dei viuētis dextera: que ceruices deprimit peccatorū: ipsa faciēte tot calamitatibus: & cladibus Hierusalez periit. Ex post tempore .s. Helii Adriani cōfluētib9 diuersarū nationū incolis rehedificata est: & Helia ex prenomine Imperatoris dicta. qui Adrianus ut dicit Horosius li. vii. precepit ne cui Iudeo Hierosolimam intrare liceret. Digne itaq; oīb9 timorez domini predicamus: qui timētibus se largit̃ gratiam in presenti: & in futuro gloriā sempiternā Amē.

¶ Sermo quartusdecimus de iudicio dei contra Dauid populum numerantem.

Onpellor & quidem non parum admirari: de hominuz huius temporis temeritate: qui vidētes cotidie patrias pestilentiis grauissimis agitari: non timent tremēda iudicia dei. Profecto acerbissimum est flagellum pestilentiarum. Nam pater filium: filius fugit patrem: frater fratrē deserit: vxorem vir derelinquit: & vir vxorem abhominat̃. Quid plura? suffocatur penitus pietas: fiūt ciuitates vacue populis: domusq; etiam clauduntur amplissime: viduantur vxores maritis: & delicati iuuenes formoseq; puelle miserabiliter extinxguūt̃. Tali eteniz flagello deus Dauid in suis iuste puniuit. Quod vt euidentius innotescat: ad ipsum Dauid p̄ instructione nostra: sermonem vertem9. de quo tria misteria declarabimus. ¶ Primum dicitur excellentie. ¶ Secundum: deficientie. ¶ Tertium: pestilentie.

¶ De admirandis prerogatiuis & excellentiis Dauid. Ca. i.

Eniūt in vsuz ecclesie sancte dei: p̄ maiori p̄te psalmi quos Dauid cōposuit: quare nomen eius cuz laude sonat in auribus audientium. Ideo in hac p̄te videndum erit: quātis priuilegiis & excellētiis Dauid a deo fuerit donat9. & ex multis quiq; dūtaxat colligemus. ¶ Prima dicitur p̄phetica illustratio. ¶ Secunda filialis nominatio. ¶ Tertia: victoriosa superatio. ¶ Quarta: mā sueta conditio. Quinta: regalis exaltatio.

¶ Quod Dauid claruit spiritu prophetie.

¶ Prima excellentia Dauid dicitur p̄phetica illustratio. Claruit eiz spiritu p̄phetico prenuntiās misteria Christi. Sed hic pulchre disputandum est: vtrum Dauid fuerit reliquis p̄phetis prestantior? Et

UVA. BHSC. IyR_144

ad hoc reſpondet Nico9. de lira: ſup ꝓlogum in pſalterio: ꝙ Dauid poteſt cōparari ad ꝓphetas noui teſtamēti: cuiuſmodi fuerūt Apoſtoli: & ſic Dauid non exceſſit alios: quia Apoſtoli fuerunt de ſecretis diuinis magis illuminati: & ī maiori plenitudine receperūt gratiam ſpiritus ſancti. Et ꝙ Apoſtoli ſpiritum acceperint ꝓphetandi patz actuum. ii. ca. v. ca. vi. ca. xi. ca. xiii. ca. xxvii. ca. Si autē cōparetur Dauid ad ꝓphetas veteris teſtamenti ſic dicit Tho. xxii. q. .clxxiiii. ꝙ non fuit Dauid excellentior aliis ꝓphetis ſed Moyſes. & hoc ꝓpter tria. ¶ Primo ꝓpter clariorem cognitionem ¶ Secūdo ꝓpter miraculorum rutilationem ¶ Tertio: ꝓpter cōmuniorē denūtiationem ¶ Primo ꝓpter clariorem cognitionem: nam excellētior gradꝰ ꝓphetie eſt: vbi eſt cognitio clarior. ſed Moyſi cōceſſuz fuit videre eſſentiam dei ſcdm Aguſt. ad Paulam de videndo deū: quod nō fuit cōceſſum Dauid & aliis ꝓphetis. ergo habuit clariorē cognitionē: & ſic fuit ceteris excellentior ¶ Secundo Moyſes fuit excellentior ſcdm Tho. ꝓpter cōmuniorem denūtiationem: quia Moyſes ꝓphetiam ſuam denūtiauit toti populo Iudeorum. non ſic Dauid & alii ꝓphete. ¶ Tertio Moyſes fuit excellētior ꝓpter miraculorum rutilationē: quia maiora ſigna fecit Moyſes in Egipto in mari rubro: in deſerto. q̃ Dauid: & alii prophete. Sed Nico9. de lira dicit: ꝙ ſcdm gloſam in principio pſalterii Dauid dicitur ꝓpheta ꝑ excellentiam: & prima ratio de Moyſe non concludit: quia claritas cognitionis actum ꝓphetandi excludens: nō poteſt conſtituere excellentiorem gradum ꝓphetie: quia idem conſtitueret & excluderet: vt patet. viſio autem diuine eſſentie excludit actuz ꝓphetandi: ſicut & actum fidei: quia vtrīq; eſt neceſſario actus enigmaticus: & ideo viſio diuine eſſentie non poteſt conſtituere excellentiorem gradum ꝓphetie: licet faciat clariorem cognitionem: ſeu aliquid clariꝰ cognoſcere. verū ergo ē: ꝙ claritas cognitionis maior conſtituit maiorem gradum ꝓphetie: dum tamē talis claritas limites cognitionis ꝓphetie non tranſcendat. Inſup ſi ratio pretacta ſtaret: ſequeretur ꝙ Moyſes fuit excellentior Apoſtolis preter Paulum: quibus non fuit conceſſum videre eſſentiaz dei in preſenti vita. ¶ Secunda inſup ratio deficit: eo ꝙ denūtiatio ꝓphetie eſt aliquid ſequens ꝓpheticam cognitionem: & ideo non videtur variare gradum ꝓphetie: ex hoc ꝙ pluribus vel paucioribus nūtiatur ¶ Tertia adhuc ratio debilis eſt: quia cōfirmatio ꝑ ſigna & miracula ſequitur ꝓphetiam: & non eſt de eſſentia eius: vnde Iohannes baptiſta

UVA. BHSC. IyR_144

ſignum nullum fecit: ut habetur Iohannis. x. ca. & tamen concedit̃ maior Moyſe. ex quo dicit Nico9. de lira: ꝙ licet Moyſes habuerit eundem gradum ꝓphetie: quē habuit Dauid. ſ. abſq; quibuſcūq; ſignis ſenſibilibus: aut figuris: tamen non habuit totiens: nec ita cō muniter tales illuſtrationes ſicut Dauid. Inſup dicit Tho. ubi ſup̃ in corpe. q. in fine: ꝙ Dauid clari9 & pleni9 expreſſit miſteria Criſti q̃ Moyſes. Lex autez vetus & ꝓphete ordinabantur ad Criſtū: ſicut ad finem. vnde Rabi Moyſes in li. directionum ꝓplexorum inquit: Omnes ꝓphete non ſunt locuti niſi ad dies Meſſie. cum ergo finis nobilior ſit his que ſunt ad finem: ꝓphetia Dauid videtur ſortiri quādam excellentiaz: ex hoc ꝙ Criſti miſteria ſic expreſſit. ꝓbabiliter itaq; poteſt dici: ꝙ Dauid fuit excellētior ꝓpheta Moyſe: q̃uis Moyſes excellentior fuerit in aliis: que ꝓphetiam tranſcēdunt: vel eam conſequūt̃: que autem ipſe predixit ꝓphetico ſpiritu irradiatus: leguntur in pſalmis ſuis: in quib9 ſuaui melodia de Criſto multa cantauit. Ob quod Hiero9. ad Paulinū inquit: Dauid Simonides noſter Pindarus & Alceus: Flaccus quoq; Catull9 & Serenus. Criſtuz lira pſonat: & indecacordo pſalterio ab inferis excitat reſurgentem: hec ille. Ex cronica Ricobaldi ſumpta ſunt que ſequūtur: ꝑ declaratione verborum Hiero. Simonides poeta fuit: tempore Tullii hoſtilii. iii. Regis Romanorum: anno ab vrbe cōdita. lxxii. Pindarus poeta anno ab urbe cōdita. cclii. poſt expulſuz Tarquinum vltimum Regem. Alceus poeta tempore Tarquini priſci quinti Regis Romanorum. Oratius flaccus Venuſii oritur anno ab urbe cōdita ſexcenteſimononageſimoſexto. Catullus poeta Veronenſis: anno ab vrbe condita ſexcēteſimotriceſimoquinto. Serenus quidam alius poeta cuius tempora non inueni. Sunt prenominati poete apud quītilianum li. ii. de iudiciis: multa laude cōprobati: quibus ꝑ melodia & ſuauitate cōcent9 Hiero9. Dauid voluit cōparare. Notandum tamē: ꝙ ipſe Hiero. glorioſus ut dicit Nico. de lira ter tranſtulit pſalterium. Primo ſcd̃m. lxx. interpretes quod dicitur pſalterium Romanorum: eo ꝙ eccleſia beati Petri illo vtitur. Secundo fecit aliam tranſlationem non multum diſtantem a prima: & tamen appropinquantem Hebraico: & vocat̃ pſalterium Gallicanum: eo ꝙ Damaſus papa ad rogatum Hiero. illud fecit cantari in eccleſiis gallicanis: & hoc vtūtur fratres minores. Tertio ad preces Serphennii: qui frequēter diſputabat cū Iudeis: q ſoluz recipiūt illud quod eſt in hebreo: fecit trāſlationē imediate

UVA. BHSC. IyR_144

acceptam ab hebreo: ꝓpter quod vocatur psalterium Hiero. iuxta hebraicam veritatem.

¶ Quod Cristus dicitur filius Dauid

¶ Secunda excellentia Dauid: dicitur filialis nominatio. Naꝫ dominus noster Ihesus cristus deus verus dei filius pro nobis hominib9 incarnatus: natus de uirgine: verus homo: nominatur ꝑ excellētiā filius Dauid. vnde euangelista Mathe9. i. ca. dicit: Liber generationis Ihesu cristi filii Dauid. scd̄m Nico. de lira: modus hebreorū est denominari libros ab eo de quo tractatur: in principio. sicut dicitur liber geneſis: quia in principio tractatur de creatione mundi Similiter Matheus: quia incipit euangelium a genealogia Cristi: ideo ab ipsa denominat & intitulat ipsum. ratio autem quare incepit a genealogia Cristi: fuit: quia Iudei negabant Ihesuꝫ nazarenū esse verum Cristuꝫ: & descendisse a Dauid quia galileus erat. scd̄ꝫ ꝙ dicitur Iohannis. vii. Nūqt a Galilea uenit Cristus? quasi diceret non. sed Iudei sic loquentes: non intelligebant scripturas. Dicit̄ ergo a Matheo filius Dauid: & preponitur Dauid ipsi Habraam: licet sit posterior scd̄ꝫ tempus: ꝓpter eminentiam regie dignitatis. & ut conuenientius generationis ordo tradatur: angelus etiaꝫ qui virgini conceptuꝫ filii dei annūtiauit: ut habetur Luce. i. ca. dixit: Dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius. & Cananea clamauit: vt patꝫ Mathei. xv. Ihesu fili dauid miserere mei. & psallētes turbe vt notatur Mathei. xxi. cantabant: Osanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini. & Mathei. xxii. interrogauit Ihesus farisēos: Quid vobis videtur de Cristo: cuius filius ē? & dixerunt: Dauid. & Luce. xviii. Cecus clamabat: Fili Dauid miserere mei. & Ap9. ad Ro. i. Factus ex semine Dauid. scd̄m carnē licet ergo ut Hiero. dicit in cōmēto sup Danielem: scd̄m scripture sancte cōsuetudinem proaui omnes & maiores patres vocentur: tñ singulari modo Cristus Dauid filius nūcupatur.

¶ Quod Dauid superauit Philisteum Goliam.

¶ Tertia excellētia Dauid dicitur uictoriosa superatio: Superauit namq̄ Goliam Philisteum gigantem: cum esset adolescens: & fratribus suis minor etate: armatus fiducia domini. vt patet. i. Regū quītodecimo ca. neq̄ presumptuosus fuit: aut temerarius: vl culpabilis: quia certamen illud iniit ex reuelatione dei. vt dicit Nico. de lira. & Hiero. ad Agust. Vnde Saulī diffidenti & timenti ne succūberet: Dauid respondit: Dominus qui eruit me de ore leonis: & de

UVA. BHSC. IyR_144

manu vrsi:ipse liberabit me de manu Philistei huius. Quare deo si bi fauente:gigātē illū interfecit:& populū ab obprobrio liberauit: Quo exemplo deterreri debent hi:qui sepenumero in viribus suis cōfidunt.qui recordari debent illius carminis:quod Ouidius li.de remedio amoris cecinit: Parua necat morsu spetiosum vipera tau/ rum. A cane non magno sepe tenetur aper.

¶Quod propter mansuetudinem Dauid placuit deo.

¶Quarta excellētia Dauid dicitur mansueta conditio:de qua in ps. Memento domine Dauid:& omnis māsuetudinis eius. Vocat enī Dauid iustus:pius:& sanctus.vii.q.i.ca.Omnis.xxii.q.iiii.ca.ꝙ Dauid. Ista namꝙ mansuetudo benignissimo deo satis accepta est. hinc Iudit.ix.ca.dicitur: Humilitū & māsuetorū tibi semp placuit deprecatio.& puerb.iii.ca. Mansuetis dabit dominus gratiam.& Ecclesiast.i.ca.Beneplacitum est illis fides & mansuetudo.& psal. cxlix. Exaltabit mansuetos in salutez. & Math.v.Beati mites.Si raldus odonis sup.iiii.ethicorū.scdz mentē Arist.dicit:ꝙ sex sunt conditiones mansueti ¶Prima:ꝙ est inpturbatus:& hoc exigit na tura mansuetudinis. Secunda:ꝙ passione non ducitur ¶Tertia: ꝙ rationi & eius ordinationi subicitur quātum ad omnes circūstan tias:scdz quas oportunum est irasci:& non irasci ¶Quarta:ꝙ ad de fectum ire magis q̄ ad excessum declinare videtur ¶Quinta:ꝙ nō est punitiuus nec vindicatiuus. Sexta:ꝙ est iniurie & offense re/ missiuus.Sic fuit mansuetus Dauid:quez psecutus est Saul.Ipse tñ cum potuit noluit eum offendere. Nam ut dicitur primi Regum xviii.ca.Ex eo ꝙ mulieres in timpanis cantabant:Saul pcussit mil le:& Dauid decēmilia.Iratus Saul dixit:Quid ei supest:nisi solum regnum? ex tunc non rectis oculis aspiciebat euz:& lancea tempta uit eum configere cum pariete.deinde fecit eum tribunuz sup mil le viros:vt sic pugnando veniret in manus Philistinorum.& vt no tatur.i.Re.xvii.ca.Requisiuit Ionatan & seruos suos:vt occide/ rent Dauid.Ionatas autem quia diligebat eum valde:monuit eum ut se absconderet.& sequenti die Ionatas placauit Saul patrē dicēs: Ne pecces Rex in seruum tuum Dauid:quia non peccauit tibi: & opera eius bona tibi sunt valde:& posuit animaz suam in manu tua: & occidit Philisteuz:& fecit deus salutem magnam in Israhel.vidi sti & letatus es:quare ergo peccas in sanguine innoxio:& iterfici/ es Dauid.qui est absꝙ culpa? Respondit Saul:Nouit dominus:nō occidetur.& sic Ionatas vocauit Dauid:& venit securus corā Saul.

UVA. BHSC. IyR_144

Motum est rursum bellū: & Dauid percussit Philisteos plaga magna: reuersusq; coram Saule: iterum temptauit eum lancea infigere in parietem. Dauid fugit & euasit. Saul misit satellites nocte ad domum suam: ut custodirent eum & mane interficeret. quez vxor eius Michol filia Saul deposuit p fenestram: & tamen post tot validissimas psecutiones Dauid potuit inteficere Saulem in spelunca vt habetur .i. Re. xxii. ca. & iterum. xxiiii. ca. potuit eum interficere: cum inuenit eum dormientem in tētorio: & oms suos. dixitq; Abisai ad Dauid: Concluſit deus hodie inimicum tuum ad manus tuas: nunc ergo perfodiaz eum lancea? Respondit Dauid: Ne interficias eum: quis enim extendet manum suam in cristuz domini: & innocens erit? Abstulitq; Dauid hastam que erat ad caput eius: & ciphum aque. ¶ Tandem cum nūtiata erat ei mors Saulis & Ionate: ut scribitur .ii. Re. i. ca. amare fleuit dicens: Saul & Ionatas amabiles & decori in vita sua: in morte quoq; non sunt diuisi. aquilis velociores: leonibus fortiores: filie Israbel sup Saul flete: q vestiebat vos correcino in deliciis: qui pparabat ornamenta aurea cultui vestro. s. de preda hostium: scdm Nicolaum de lira.

¶ De regia dignitate Dauid.

¶ Quinta Dauid excellētia dicitur regalis exaltatio. Exaltat9 nāq; fuit ad regiam dignitatem scdm beneplacitū dei: post mortē Saul. ut patz. ii. Re. v. ca. Ideo ps. lxxxviii. dicit deus: Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Et ꝓpterea in genealogia Cristi: Matheus solum Dauid nominat Regem: cū dicit: Iesse aūt genuit Dauid Regem: licet ante eū & post fuerīt alii Reges. quia ut tactum est: fuit primus electus in Regem scdm beneplacitum dei: propter sanctitatem suam. vii. q. i. ca. Si quis.

¶ De peccatis in quibus Dauid defecit & offendit deum Ca. ii.

¶ Nminet mortalibus cunctis de cōmuni lege periculum satis graue: quia nullus q̄tūcūq; sanctus & iustus: potest esse de lapsu securus. ¶ Ecce in ꝓmptu est Dauid sanct9: qui post multiplicem gratiam a deo sibi datam: in peccata plurima ruit. de quibus nos dicturi illa reducemus ad quīq; ¶ Primum fuit peccatum adulterii ¶ Secundū: homicidii ¶ Tertiū: negligentie ¶ Quartum: iniustitie ¶ Quintum: vanegloríe.

¶ De adulterio quod commisit Dauid.

¶ Primum peccatum in quo Dauid defecit: fuit adulteriuz. de quo fit mentio. ii. Re. x. & .xi. ca. ad quod lapsus est propter duo: scdm

UVA. BHSC. IyR_144

Nicolaum de lira. Primo quia remansit ociosus in Hierusalem: vt enim ait Sapiens ꝑuerb. xxviii. ca. Qui sectatur ocium: replebitur egestate. & Hiero9. ad Demetriadem virginem inquit: Nichil in sancto ꝓposito ocio deterius est. & Bernardus ad fratres de monte dei: Omnium temptationum & cogitationum malarum & inutiliū sentina est ociū. & Quītilian9 Ad om̄e votū fluēte fortuna lasciuit ocium. & Seneca ad Lucillum: Ocium mors est: & viui hominis sepultura. & Ouidius de remedio amoris: Ocia si tollas periere cupidinis artes. & Eccleſiast. xxxiii. ca. Multaꝫ inquit Sapiens malitiā docuit ociositas. ꝓpterea Hiero9 ad Rusticuꝫ monachum dicit Id quod notatur de. ix. di. v. ca. Nūq̄. Semp aliquid operis facito: ut diabolus te inueniat occupatum. hinc ꝑ Ezechielem. xvi. ca. deus dicit: Hec fuit iniqtas sororis tue Sodome: saturitas panis: & abū/dantia: ocium ipsius: & ocium filiarum eius. ¶ Secundo lapsus est in adulterium Dauid: quia vidit Bersabeā se lauantem. ¶ Periculosum certe est oculis libertatem aspiciendi concedere. vnde ꝓpheta psal. cxviii. dicit: Auerte oculos meos ne videant vanitatem. & Seneca in li. de remediis fortuitorum ait: Oculi enim sunt irritamenta vitiorum: ducesq̄ scelerum. & quīto li. causarum causa prima: Oculi inquit nostri: sunt tota luxuria nostra: hi nos in omnia cotidie vitia precipitant. Ideo Hiero9 ad Nepotianum sic scribit: Matrem ita vide: ne per illaꝫ alias videre cogaris: quarum vultus cordi tuo hereat: & tacitum viuat sub pectore vulnus. Cū ergo Dauid capt9 esset pulchritudine nudate Bersabee: misit suos: & fecit illam ad se venire: & cōpleuit adulterium: statimq̄ sanctificata est ab inmūditia sua. s. a fluxu menstruorum: quia. s. purgata fuit a menstruis futuris usq̄ ad ꝑtū: scdꝫ Nic. de li. quia ī illo coitu cōcepit: ut pꝫ ī textu

¶ De homicidio quod fieri fecit Dauid.

¶ Secundum peccatuꝫ in quo Dauid defecit: fuit homicidiuꝫ. Post vtiq̄ expletam suam libidinem: ꝓcurauit ꝓditorie interfici Vriaꝫ virum Bersabee: pro quo misit: & temptauit eum mittere in domū vxoris: hortans vt lauaretur: mittensq̄ regium cibum: vt sic ꝑ balneum & cibum delicatum ꝓuocaretur ad coitum. dicit Nicola9 de lira: q̄ sic faciebat Dauid: ut Vrias cognosceret vxorē suam: & crederetur puer nasciturus esse suus: & peccatum eius occultaretur. quod cū rēnuisset facere Vrias: dixit Dauid ad Ioab: Ponite Vriā ex aduerso belli: vbi fortissimum est prelium: & relinquite euꝫ: ut .s. sic occidat̄. quod & factuꝫ fuit. vt patet. ii. Re. xi. ca. quod cum

UVA. BHSC. IyR_144

audiſſet vxor: fleuit eum. Nico9. de lira fictitie inquit: quia & ipſa mortez eius deſiderabat: vt ſic vxor Regis fieret. Statiq; Nathan ꝓpheta ut habetur. ii. Re. xii. ca. venit ad Dauid: qui reprehendit euz dure de peccato cōmiſſo: addēs: Non recedet gladius de domo tua: vſq; inſempiternum. quod verificatum eſt ſcdm Nicolaum de lira: quia frater occidit fratrem. ſ. Abſalon Amon: & Re. xiii. & Salomon Adoniam. iii. Re. ii. ca. & filius inſurrexit contra patrez .ſ. Abſalon. ii. Re. xv. ca. Tunc Dauid humiliatus: & penitētia ductus: dixit: Peccaui. & Nathan reſpōdit: Et dñs abſtulit a te peccatum. vbi apparet quanta ſit vis penitentie: quando poſt homicidiū & adulterium: ſpiritum ꝓphetie recepit: & in primo gradu ꝓman ſit. vt habetur xlviii. di. ca. Hinc eteniz. & .l. di. ca. Cū exaudiero ca. Sacerdos. ca. Vt cōſtitueretur. & .i. q. vii. ca. Si. & .ii. q. vii. ca. Nos. & .iii. q. vii. ca. Sacerdos. & de pe. di. i. ca. Et venit. & de pe. di. iii. ca. Totam. ca. Dauid. ca. Ille rerum.

De negligentia Dauid qua non correxit Amon.

Tertium peccatum in quod lapſus fuit Dauid: fuit negligētia. Nō enim correxit Amon: qui ſtuprauerat ſororem ſuaz Thamar. Nā ut ſcribitur. ii. Re. xiii. ca. Noluit contriſtare ſpiritum Amon filii ſui: quoniam diligebat euz: quia primogenitus erat ei. O quot ſunt patres: qui inmoderato amore filios diligentes: negligunt illorum viciis & paſſionib9 obuiare: ob quod & filios qñq; īmo multociēs vident male finire. Ecce quid Amon euenit: certe in conuiuio occiſus eſt a pueris Abſolonis fratris ſui: ipſo iubente.

De iniuſtitia Dauid.

Quartuz peccatuz Dauid fuit iniuſtitia circa Miſiſboſeth: de quo fit menſio. ii. Re. xvi. ca. & .xix. ca. Dicit Nico9. de lira: ꝙ adulatores & detractores ſunt periculoſi principibus: quia Dauid tam iuſtus & ſanctus verbis ſiue adulatoris & detractoris fuit ita captus & inuolutus: ꝙ hereditatem Miſiſboſeth domini ſui ei conceſſit in abſentia Miſiſboſeth: & eo non audito quod eſt peius. & poſtq̄ audiuit Miſiſboſeth ſe excuſantez: & vera dicentez: non retractauit dictum ſuum iniuſtum totaliter: ſed ſeruū eius peſſimuz .ſ. Sibam fecit eq̄lē domino dicens: Tu & Siba diuidite poſſeſſiones. quez tñ debuit ſuſpendiſſe: ꝓpter falſam accuſationem domini ſui de crimine leſe maieſtatis. Erat Miſiſboſeth filius Saul: & recedente Dauid de Hieruſalem cum exercitu: Miſiſboſeth remāſit: quia erat claudus. Et Siba ſeruus eius venit ad Dauid: & dixit falſo tamen

UVA. BHSC. IyR_144

Mifiſboſeth remanſit in Hieruſalē: dicens: Hodie reſtituet mihi dominus regnum patris mei Saul: vt notat̃. ii. Re. xvi. ca.

¶ De vanagloria Dauid.

¶ Quintum peccatum Dauid fuit vanagloria: Fecit namq; ſuperbe numerari populum: & inde gloriabatur ſicut ponitur primo Paralipomenon. xxi. ca. & .ii. Re. ul. ca. Ad quam numerationē fiendā coboperatus eſt Sathan

¶ De plaga peſtilentie qua deus puniuit populum. Ca. iii.

QVāuis inſcrutabilia ſint nobis iudicia dei: verūtamen ab eo iuſte fieri omnia merito confiteri debemus. neq; curioſe ē inquirendum: cur qñq; peccata que nobis parua videntur & minima puniat: & que maxima reputantur: ad tempus linquat impunita. cuncta recte moderatur & ordinat ſapientia ſua. Idcirco in hoc miſterio de peſtilentia qua deus populum ꝓcuſſit: eo quod illum ſupbe Dauid numerauit dicemus: de qua quinq; dubia ſunt declaranda ¶ Primum ut in peſtilentia ſit flagellum dei ꝓ peccatis. ¶ Secndum quare Dauid potius elegit peſtilentiam q̃ famem & gladium ¶ Tertium: vtrum ꝓ peccato Dauid debuit populus eius puniri ¶ Quartum: quid intelligitur ꝑ tempus conſtitutum ¶ Quitū quomodo adimpletuꝫ fuit dictum ꝓphete de peſtilētia triū dierū.

¶ Quod propter peccata veniunt peſtilentie.

¶ Ad primum dubium reſpondemus: ſcd̃m veritatem infallibilem ſcripture ſancte: ꝙ deus excelſus ꝓpter peccata peſtilentias mittit. Nam Leuitici. xxvi. ca. cōminatur deus tranſgreſſoribus ſuorum preceptorum dicens: Mittam peſtilentiaꝫ in medio veſtri. & Numeri. xiiii. conquerebatur de populo Iudaico dicens: Quouſq; non credent michi: & infra: feriam ergo eos peſtilentia. & Ezechielis vii. ca. Ira mea ſup populum gladius foris: peſtis & fames intrinſecus. & Ezechielis. xxviii. hec dicit dominꝰ deus: Ecce ego ad te Sion: & gloriabor in medio tui: & ſcient quia ego dominus: cum fecero mea iudicia: & ſanctificatus fuero in ea: & īmittam ei peſtilē/tiam: & ſanguinem in plateis eius. Quare iudicio dei attribuenduꝫ eſſe arbitror: quicquid in cronicis de peſtilentiis aſſeritur. de ipſis enim meminit Hieroꝰ Horoſius & Eutropius: ac reliqui rerū ge/ſtarum ſcriptores: Nam anno ab vrbe condita. ccclxxxiiii. ingens peſtilentia Romam affecit biennio: Suaſerunt pontifices tēpli: ut ludi ſcenici diis expetentibus ederentur: eo tempore terra in me/dio vrbis diſſiliit: dixerūt auruſpices: eaꝫ voraginē poſſe tolli viui

UVA. BHSC. IyR_144

hominis nece ſpontanea inſilientis in eam: in quaz Marcus curtius eques inſiliit ꝓ liberatione patrie: ſicꝫ vorago concluſa ē. ut refert Horoſius li. iii. & Ag9. li. v. de ci. dei ca. xviii. Anno ab urbe con/dita. ccccl xxxi. Ingens peſtilentia vrbem afflictauit: & libri Sibil/lini conſulti reſponderunt: eam peſtem ira dei illatā. Recitat Ho/roſius li. v. ꝙ anno ab vrbe condita ſexcenteſimo ſexto: tāta Rome exorta eſt peſtilentia: ut miniſtri quoꝫ faciendorum funerū pri/mum non ſufficerent: deinde non eſſent. iamꝫ etiam magne dom9 vacue viuis: plene mortuis: remanſere largiſſime introrſum here/ditates: & nulli penitus heredes ¶ Aliud ſtupendu3 Horoſius nar rat: ꝙ poſt locuſtas innumerabiles que in mari a vento rapte ſuffo cate ſunt: tanta corruptio aeris eſt ſubſequuta: & tam grauis peſti/lentia: ut in Numidia octingenta milia hominum morerentur. Et circa horam maritimaz que Cartaginenſi atꝫ Vticenſi litori adia cet: plus q̄ ducenta milia. que clades tam repentina fuit: apud Vti ceꝫ ſub vna die per vnā portam: plus q̄ mille quingētos mortuos de latos fuiſſe narretur ¶ Tempore Antonini Impatoris: q criſtianos ꝑſecutus eſt: tanta lues eſt ſequuta: ut agricultorib9 carerēt ¶ Tem pore Pelagii pape: Romaz peſtis concuſſit: in qua & Pelagi9 mor tuus eſt. cui ſucceſſit Gregori9 magn9: qui vir mire ſanctitatis leta nias ad deum ordinauit agi: & cum populus dei clementiaz īploraſ/ſet: vna dierum vidit pontifex ille ſanctus angelum ſup̄ caſtrū: qui cruentatum enſem in vaginā reponebat: ſignificans peſtem dei iu/dicio īmiſſam iam ceſſare. Nota hic tamen ſcdm Horoſium li. v. & Eutropium: ꝙ Adrianus Imperator qui. xii. ab Auguſto impauit: caſtrum illud obſtruxerat: cū ponte mirabili: & caſtruz Adriani di ctum fuit: uſqꝫ ad tempus beati Gregorii: exinde ſancti Angeli: propter viſionem prelibatam.

¶ Quare Dauid elegit peſtilentiam.

¶ Secundum dubium propoſitum fuit: quare Dauid elegit potius peſtilentiam q̄ famē: & gladiū. Nā Gad ꝓpheta dixit ei ex ꝑte dei Aut. vii. annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos: & illi te ꝑſequentur: aut certe tribus die/bus erit peſtilentia in terra tua. Et reſpondit Dauid: Cobartor ni mis vndiqꝫ: & elegit peſtilentiam. Dicit Nico9 de lira: ꝙ ſperabat de miſericordia dei: vnde in textu ſubdidit: Melius eſt: ut incidaz in manus domini: multe enim miſericordie eius ſunt: q̄ in manu ho minis. Secundo ſi elegiſſet famen. vii. annorum: ipſe & alii diuites

UVA. BHSC. IyR_144

prouidiſſent ſibi de victu: & pauperes fuiſſent nimis afflicti. Item ſi elegiſſet fugam coram aduerſariis: ipſe & alii potentes fuiſſent ꝓtecti auxilio pugnatorum: & refugio fortelliciorū: & ceteri fuiſſent occiſi: ideo elegit penam omnibus equalem: quia peſtilentia a deo immiſſa equaliter poterat cadere ſuper omnes.

¶ Quare pro peccato Dauid punitus eſt populus.

¶ Tertium dubium: vtrum pro peccato Dauid debuit populus eiꝰ puniri? & quidā dicūt ꝙ populus fuit innocens: nam cū vidiſſet Dauid angelum cedentem populum: dixit ad dominū: Ego ſum q̄ peccaui: & ego iniq̄ egi: iſti qui oues ſunt quid fecerunt? vertatur obſecro manus tua contra me: & contra domum patris mei. Ergo nō videtur ꝙ populꝰ debuit puniri. quia ut dicit glo. extra de his que fiunt a maiore pte capituli. ca. Queſiuit. Peccata ſuos tenere debēt actores. Idem. C. de penis. l. Sancimꝰ. C. Ne vxor ꝓ marito. l. Ob maritorum. xi. q. iii. ca. Illud. de ſententia excomunicationis ca. A romana. vlti. lvi. di. ca. Satis. i. q. iiii. ca. Placuit. ca. Nullius. & ca. Iudei. Sed ad hoc poſſet reſpōderi ſcd̄z Bonauēturā in. ii. di. xxxiii. ꝙ licet pena eterna vnus non puniatur ꝓ peccato alterius: tamē pena temporali ſic. quare non eſt inconueniens ſcd̄m rigorem diuine iuſtitie: ut populus a Dauid ſupbe numeratus: peſtilentia minuerētur. Nicoꝰ. vero de lira dicit: ꝙ in libro de hebraicis queſtionibus habetur: ꝙ populus peccauit: eo ꝙ Dauid non reſtitit: ut debuit in facto Vrie. ſed hoc non videtur verum: quia peccatum Dauid uſq̄ ad cōplementum fuit ſecretum. vnde Nathan dixit ſibi. ii. Re. xii. ca. Tu feciſti abſcondite. dicit ergo Nicoꝰ de lira: ꝙ peccatum populi fuit rebellio eiꝰ contra Dauid: ſequēdo Sibam filiū Votri: qui erat homo ſedicioſus & peſſimus vt ponitur. ii. Re. xx. ca. Ego vero teneo: ꝙ licet principaliter deus punierit populum ꝓpter peccatum Dauid: tamen credibile eſt: ꝙ in populo ſic punito eſſent aliq̄ ſcelera deo exoſa: nam ſicut & nunc: plures tunc erant mali q̄ boni.

¶ Quid intelligitur per tempus conſtitutum.

¶ Quartum dubium quid intelligitur per tempus conſtitutū: Naz in textu dicitur: Immiſit deus peſtilentiam de mane uſq̄ ad tempꝰ conſtitutum: & dicunt aliqui uſq̄ ad tertium diez incluſiue: quia ſic erat pena determinata. ſed hoc non uidetur verum: quia textus dicit infra: venit autē Gad ad Dauid in die illa: & videt̄ loqui ſcriptura de prima die peſtilentie: ad hoc enim venit Gad: ut Dauid offerret holocauſtuz: & ceſſaret plaga inchoata. Ideo melius dicitur: ꝙ

UVA. BHSC. IyR_144

tempus constitutuz intelligitur hora sacrificii vespertini: illud eiz statutum fuit in lege: Exodi. xxix. Ita ꝙ a mane primi diei usq; ad horam vesptinam mortui sunt de populo. lxx. mlia virorum.

¶ Quomodo verificaꝫ dictuz ꝑphete de pestilentia triū dierū.

¶ Quintum dubium: quomodo verificatum fuit dictum ꝑphete de pestilentia trium dierum: & dicit Nicola9 de lira: ꝙ duo dies ultimi fuerunt dicti ꝓpter cōminationez tantum: sicut etiā dixit Ionas de. xl. diebus: primus uero dies fuit ꝑ modum sentētie diffinitiue: quare pestilentia fuit tantum illa die: Ideo subditur in textu: Cūq; extendisset manum suam angelus domini sup Hierusalem: ut disperderet eam: misertus est dominus sup afflictionem: & ait angelo percuciēti populū: Sufficit nūc: cōtine manū tuā. Tali pestilentia percussus fuit populus ille: nos vero dieb9 istis magnas clades fieri vidimus: & pestilentiis pene Italiam deuastatam: poscentibus quidē peccatis populorū: frequēti9 pestilētie irrūpūt. Ideo timēd9 ē de9 quia ipe viuificat & mortificat. q ē bn̄dict9 in secula seculorū. Amē

¶ Sermo quintusdecimus de iudicio dei contra Senacherib nomen domini blasphemantem.

Sanctuz & ineffabile nomē dei sic viluit in ore cristianorūz: vt illud blasphemari & maledici ducaꝫ quasi ꝑ nichilo Aperiunt namq; multi fetidum os in blasphemias impias creatoris sui: & irreuerenter sacrilegis buccis lacerant altissimam maiestatem Regis regum: & domini angelorum & hominum. pro quibus in hoc sermone bene esse arbitratus sum iudicium dei depromere contra Senacherib blasphemantem: in illo siq̄dem speculabimur q̄ graue sit peccatū blasphemia: & maledictio dei. de quo tria misteria ꝓponimus contemplanda ¶ Primum dicit̄ superbie & violentie. Secundum: maledictionis & blasphemie ¶ Tertium: punitionis & vindicte.

¶ De superbia & fraude Senacherib Regis Ca. primum.

Insaciabilis est animus ambitiosorum: quibus nec ipse mūdus totus sufficere potest: patet hoc in Senacherib: de quo .iiii. Re. xviii. dicitur: ꝙ anno. xiiii. Regis Ezechie ascendit Senacherib Rex Assiriozuz ad vniuersas ciuitates Iuda munitas: & cepit eas. tunc misit Ezechias nūcios ad Regem Assiriorū. Nicola9 de lira dicit: ꝙ Ezechias sciens populum sibi subiectum &

UVA. BHSC. IyR_144

Agacz patrem ſuum deum multiplıciter offendiſſe: merito timuit ne in vindictam dictorum malorum ꝓmitteretur Rex Aſſiriorum venire ad deſtructionem ciuitatis Hieruſalem: vbi vigebat diuinus cultus: de quo ipſe erat zelantiſſimus: q̃re nūcios miſit dicens: peccaui: reputans peccatum patris ſuum: Recede a me: & omne quod impoſueris mihi feram. Prudenter in hoc egit: quia ut dicit Aug9. li. xvi. de ci. dei ca. ii. In omnibus fere gētibus quodāmodo vox nature iſta perſonuit: vt ſubiugari victoribus mallent: quibus cōtingit vinci: q̃ bellica omnifaria vaſtatione deberi. Indixit itaq; Rex Aſſiriorum Ezechie tercenta talenta argenti: & triginta auri. deditq; Ezechias omne argentum quod repertum fuerat in domo domini: & in theſauris Regis: & cum non ſufficeret: confregit valuas templi dei & laminas aureas: quas ipſe affixerat ad decorem & dedit eas Regi Aſſiriorum. dicit Nicola9 de lira: ex hoc accipitur argumentum q̃ principes in neceſſitate pro conſeruatione rei publice poſſunt accipere de theſauris eccleſie: nam ut dicitur. xii. q. ii. ca. Aurum. Aurum habet eccleſia: non ut ſeruet: ſed ut eroget. ſcdm vero Magiſtrum in hiſt. accepta pecunia Rex Aſſiriorum ſub pacto in pace dimittendi regnum Ezechie: infideliter agens: pactum non ſeruauit: ſed miſit exercitum & nūcios in Hieruſalem: ad terrendum Ezechiam: ut territus redderet ciuitatē: & populus trāſferet in Aſſirios: & cultus domini de Hieruſalem auferretur. quod nullomodo Ezechias fecit: ſed reſtitit: & conuocans populum exortatus fuit ad defendendum templum ſanctum: & gentem. Quia vero in hoc ca. de regno Aſſiriorum fit menſio: ideo de illo conſideremus tria ¶ Primo: originem. ¶ Secundo: dilatationem. ¶ Tertio: terminationem.

¶ De regno & monarchia Aſſiriorum & primo de ortu eius.

¶ Primo conſideremus regni aſſiriorum originem: dicit Magiſter in hiſtoria ſup geneſim poſt capitulū de morte Habrae: Exortum ē regnum Aſſiriorum. xxv. anno Saruch proaui Habrae ſub Belo: quod quidem intelligendum eſt q̃tum ad regni inicium. Nā Belus primus intrauit Aſſiriam: & parum obtinuit in ea: ſed eo mortuo: filius eius Ninus ut refert Iuſtinus & Horoſius: totam Aſſiriam occupauit: & in regione aſſiriorum edificauit ciuitatem quam Niniue nominauit: anno regni ſui. xlix. quinq̃ginta autem annis bella finitimis intulit. qui dum deficientem a ſe oppugnat vrbem: ſagitta ictus interiit. & vt dicit Horoſius li. i. Regnum Aſſiriorū uſq; ad

UVA. BHSC. IyR_144

Sardanapallum annis mille centū sexagīta actū est. Isidor9 li. xiiii. ethimologiarum: Assiria inquit vocata est ab Assur filio Sem: qui eam regionem post diluuium primus incoluit. hec ab ortu Indiaz: a meridie mediam tangit: ab occiduo Tigrim: a septētrione mon/ tem Eucasum: vbi porte caspie sunt.

De magnificentia regni Assiriorum.

Secūdo considerem⁹ illius regni dilationem: fuit enim regnum illud amplissimum: de quo Ag9. li. xviii. de ciuitate dei. ii. ca. ait. Duo regna cernimus longe ceteris preuenisse clariora: Assiriorū primuz: deinde Romanorū: ut temporibus; ita locis inter se ordi/ nata atq; distincta: nam quomodo illud prius: hoc posterius. eo mō illud in oriente: hoc in occidente surrexit. & infra subdit Ag9. q̃tū attinet ad primum Imperium: nullum maius primis temporibus q̃ Assiriorum fuit: nec tam longe lateq; diffusuz. quippe vbi Nin9 Rex Beli filius: vniuersam Asiam que totius orbis ad numerū pti net tertia dicitur. ad magnitudinem vero dimidia reperitur: usq; ad Libie fines: subegisse tradit̃. Solis quippe Indis in ptibus orien tis non dominabatur. quos tamē eo defuncto Semiramis vxor ei9 est aggressa bellando: ita factuz est: vt quodcūq; in illis terris po/ puli seu Reges erant: Assiriorum regno dicioniq; parerent: & quicquid Imperaretur efficerent.

De fine & terminatione regni Assiriorum.

Tertio considerem⁹ regni Assiriorum terminationem: scd̃z eiz Magistrum in historia scolastica sup. iiii. li. Re. ca. de Ozia: Sub Ozia Rege Iuda: terminata est monarchia Assiriorum. Naz Sar/ danapallus ultimus monarcha victus ab Arbate medo: semetipsuz concremauit. de hoc inquit Iustinus li. i. Sardanapall9 fuit vltim9 Rex Assiriorum: omni muliere corruptior: mollicie corporis: & lassiuia oculorum omnes feminas antecellens. Sed hic dubitatur: si tēpore Ozie defecit monarchia Assiriorum: quomodo Senacherib erat Rex Assiriorum. Nā post Oziam regnauit Ioathan: ut patz .iiii. Re. xv. ca. & post Ioathan Agacz: & post Agacz Ezechias: cuius tempore Senacherib Rex erat Assiriorum. Respondet Ma gister in historia sup. iiii. li. Re. q̃ post Sardanapalluz fuerūt Re/ ges Assiriorū sine monarchia: potētes usq; ad subuersionē Niniue.

De blasfemia Senacherib Capitulum secundum.

IN viribus suis confidens Senacherib deum blasfemare: ac maledicere: ausu temerario presumpsit. quod quidez fecit

UVA. BHSC. IyR_144

tribus vicibus ¶ Prima p Rabsacen. ¶ Secunda p eundem. ¶ Tertia per suas litteras. ¶ Prima vice blasfemauit deus p Rabsacen: ut enim dicitur. iiii. Re. xviii. ca. Irritus faciens iusiurandū Senacherib: misit ad obsidendum Hierusalez Cartan & Rabsacen cū exercitu valido: vocauerunt autem Regem ad colloquiū: & noluit exire. dicit Nicolaus de lira: quia fuerat exptus fraudē post solutionē pecunie: ideo timebat deceptionē. Nam ut ait Vegetius li. ii. de re militari: Frequenti9 conuentiones pacisq; similatio credulis magis nocuere q̃ arma. Misit ergo Ezechias Eliachim pontificez: & Sobnam scribaz: & Ioachim a cōmentariis: & loquebatur ad eos hebraice: & dicebat: O Ezechia: in quo confidis: vt audeas rebellare? Si confidis in Rege Egiptio: inniteris baculo arūdineo. Si spez ponis in deo tuo: nunquid dii gentium: & Israhel liberauerunt eos de manu mea.

¶ Secundo blasfemauit deum per prefatum Rabsacen: Nam cum loqueretur audiente populo Eliachim: & socii rogabant eum: vt loqueretur eis Siriace & nō Iudaice: audiēte populo: qui erat sup murum: ne. s. populus terreretur ex verbis Rabsacen: & quia in verbis suis intermiscebat verba blasfemie: scd̄m Nicolaum de lira. Ex hoc dicunt hebrei: q̄ iste Rabsaces erat Iudeus natione: sed derelicta lege: conuersus est ad gentilitatē. Magist. in hist. dicit: q̄ erat Samarites: & quidam aiūt filium fuisse Isaye: qui trāsierat ad Assirios: & susceperat ritum gentium. Iste ergo Rabsaces exclamauit etiam ad populum: Dixit Rex magnus Assiriorum: facite mecuz quod vobis vtile est: ne comedatis stercora vestra: & bibatis vrinā vestram. Egrediamini ad me: & vtimini bonis vestris. nolite audire Ezechiam: qui uos decipit dicens: Domin9 liberabit nos. nūq̄d liberauerunt dii gentium terraz suam de manu Regis Assiriorū? & multa alia referendo: ponebat in deo falsitatem: & deceptionē: & saluandi impossibilitatem. populus aūt tacuit & nichil respōdit.

¶ Tertio blasfemauit Senacherib deum: quando litteras cōminatorias & terribiles misit Ezechie: ut enim habetur. iiii. Re. xix. ca. Reuersus est Rabsaces ad Regem Assiriorum post expugnationē lobriam: Nam ut dicit Magist. in hist. Senacherib transiuerat ad Egiptum expugnandaz: ut triūphans rediret & euerteret Hierusalem. Interim ergo misit litteras Ezechie: in quibus inter cetera dicebat: Non te seducat deus tuus: in quo habes fiduciam. & plura alia scripsit in contumeliam dei. & vt puto sui omnes similia loque/

UVA. BHSC. IyR_144

bantur ſpernentes & deridentes magnum deum & immortalem.

¶ De tremenda plaga Senacherib & excercitus eius. Ca. iii.

NOluit deus ferre blaſſemias & cōtumelias irrogatas nomi ni ſuo: ſed contra Senacherib ſuoſq; effudit irā indignatioīs ſue. Ad quod inueſtigandū tria in iſta pte conſideremus. ¶ Primo Ezechie zelū & orationem. ¶ Secundo excercitus occiſiōz. ¶ Tertio: Senacherib peremptionem.

¶ De zelo & oratione Ezechie:

¶ Primo conſideremus Ezechie zelum & orationē: cuz eīz ad ipſuz reuerſi fuiſſent illi quos miſerat ad Rabſacen: nūciaſſentq; verba illius blaſſemie: ſcidit Ezechias veſtimenta ſua: & optus eſt ſacco: lectis vero litteris Senacherib: aſcendit in domum domini: & expandit litteras coram populo: alibi coram deo: & orauit dicens ¶ Dñe deus Iſrahel: qui ſedes ſup cherubin. i. preſides omni creature: etiā angelice: tu es deus ſolus omnium regum terre. tu feciſti celum & terram: inclina aurem tuam: & audi. i. effectum iuſtitie tue oſtēde contra Senacherib: qui miſit vt exprobraret nobis deum viuentē: Salua nos obſecro de manu ipſius ¶ Tunc miſit Iſayaz ad Ezechiam confortans eum: & prenūcians que ventura erant ſup Senacherib.

¶ Secundo conſideremus excercitus occiſionem: Poſtq̄ enim Senacherib venit de Egipto: & Hieruſalem obſedit: nocte angelus domini pcuſſit in caſtris Aſſiriorū centū octoagitaquīq; milia. ſ. oīs robuſtos bellatores & principales excercitus: vt ſcribitur. ii. Paralipomenō. xxxii. ca. Cūq; diluculo ſurrexiſſet Senacherib: vidit oīa corpora mortuorum. dicit Nico9 de lira ſcdm Hebreos. q; corpora fuerunt incinerata: ſub armis: & veſtibus intactis: ita q; popul9 Ezechie potuit de facili ſpolia colligere: & ſine cadauerum fetore.

¶ Tertio conſideremus Senacherib peremptionem: qui timens fugit cum decem viris tantum: vt dicūt Hebrei: & rediit in Niniue. Cūq; adoraret in templo Nephrath deum ſuum: Adramelech & Sataſach filii eius pcuſſerunt euz gladio: fugerūtq; in terrā Armeniorum: & regnauit pro eo Aſſaradon filius eius. Magiſt. in hiſt. dicit: q; indignati erant filii maiores in patrem: eo q; filium minorem natu prefecerat eis in Regem: quia magis diligebat matrem ipſius: q̄ illorum. Et in hoc oſtenſus eſt Senacherib deterior populo: quia paricidio filiorum eſt reſeruatus. Rabi autē Salomon aſſerit: q; principes regni conturbati erant contra Senacherib eo q; filii eorū & amici erāt mortui modo p̄dicto: ꝓpter eius blaſſemiam

UVA. BHSC. IyR_144

& ſupbiam contra deum Iſrabel. ꝓpter quod tractabant de morte ipſius. quod cuꝫ ad eiꝰ aures peruenisſet: intrauit templum dei ſui: orans: & ꝓmittens: ꝙ ſi hoc periculum euaderet: in eius honorem duos filios predictos ſacrificaret. quod cum illis innotuisſet: eum interfecerunt: ne ab eo interficerentur. Neꝙ friuolam rem putā/ dus eſt loqui Rabi Salomon: de uoto filios īmolandi: quoniam duꝫ pernicies idolatrie totum pene mundum inuoluebat: hoc erat de/ monum malitia: ut homines ſacrificari ſibi ſagaciſſime ꝓcurarent. Declarat hoc Euſebius Panphilii li. iiii. de euangelica p̄paratione: vbi ait: Gentilium adhuc vocibus: ad declarandam priſcorum tem porum peſtem utemur: que adeo animos hominuꝫ inuaſerat: ut q̄ſi demoniaci & a pniciosis ꝓfecto ſpiritibus agitati: liberoruꝫ ſangui ne ſceleſtas placarent virtutes. ita pater vnicum filium: dilectam mater filiam: demoni tanq̄ ouem ſacrificabant. Ita genus hominū quod humanum eſſe natura cognoſcitur: ad furiam īmanemq̄ cru/ delitateꝫ a demonibus impellebatur: que ita ſe haberi nō apud bar baros verū etiā apud Grecos oīs hiſtoria plena eſt. Nam & Rodii hominem ſaturno ſacrificabant: quam rem magis temporibus po/ ſtea mitigare volentes: mortis ſupplicio aliquem damnatum ad Sa turnia vſq̄ conſeruabant: quomodo in ipſo feſto vicio grauatū īmo labant. In Salamine vero Inſula quā antiquiſſimis temporibus co/ roneam uocabant: vſq̄ ad Diomedis tempora: Agrauale Cecropis filie homo cedebatur. poſtea vero in templo Palladis Agrauale ac Diomedis: vnū enim triuꝫ fuit Diomedi homo īmolabatur: qui ab adoleſcentibus ter circum araꝫ ductus: tandem a ſacerdote haſta ꝓ cuſſus & in rogo impoſitus cremabatur quam rē Diphilus Rex Ci pri Sceleuci temporibus abhominatus: non hominem: ſed bouem Diomedi ſacrificari ſtatuit: demon autem ille quiq̄ fuerit non in/ uitus bouem ꝓ homine ſuſcipiebat. Ita non multum intereſſe inter īmolationem hominis atq̄ beſtie videtur. Manethus autem hiſto ricꝰ: apud Egiptios in eliopoli homines īmolatos fuiſſe in libris de pietate teſtatur. quem morem Amoſſis improbauit: ſacrificabant vero Iunoni tres in die quos inquirebant ſi mundi eſſent: quemad/ modū poſtea vituli: cereos aūt homines offerri: ꝓ illis tres Amoſ/ ſis iuſſit. Dioniſio etiam omadio apud Chios appellato homo crude liter diſcerptꝰ ſacrificabatur. Lacedemonios etiā Apollodorꝰ ſcri bit hominem Marti ſacrificare ſolitos: & phenices belloruꝫ: aut pe ſtilentie calamitatibꝰ: amiciſſimos Saturno ſolebāt īmolare. Philo

UVA. BHSC. IyR_144

etiam qui Phenicum hiſtoriam conſcripſit his verbis in primo vtĩ libro: Morem inquit: priſcis in magnis calamitatibus atq; periculis fuiſſe: vt ciuitatis aut gentis princeps dilectiſſimum ex liberis vlciſcenti demoni quaſi redemptionis premiuꝫ traderet: & ſic traditum miſtice iugularet. Dioniſius etiam alicarnaſeus vir Romane hiſtorie ac Italice peritiſſimus: huius ſceleris teſtis eſt: qui in li. de antiquitate Italica: Iouem & Appollinem quoniam decima hominum īmolata nō fuerat: magnas Italis calamitates induxiſſe his verbis ſcribit: Nullus in arboribus fructus ad maturitatem uſq; p manſit. ſed inmaturi omnes defluebant: nec ſpice ſeie replebantur nec herbe pecori ſufficientes germinabāt: fontes quoq; ipi alii bibi non poterant: alii eſtatis tempore deficiebant: & aut mulieres abortum patiebantur: aut nati pueri manci & diſcerpti erant. cetera quoq; hominuꝫ multitudo egrotatione ac morte crebrius q̃ ſolebāt vexabantur. & plura alia cōmemorat Euſebius: que breuitatis cauſa dimittimus: qbus apparet: q; Rabi Salomon rationabileꝫ cauſaꝫ adduxit: q̃re filii Senacherib ī patrē man9 extēderūt. facta ſunt tñ omnia ex dei iudicio: qui ſic vlciſci voluit iniquitatem Regis blaſſemi. Sed & hodie criſtiani in hoc grauiter errant. q de deo turpiter loquūtur: illumq; ſuis buccis maledicis lacerant: cum tamen omnes obligentur deum cum laude & reuerentia nominare. Naꝫ ſi falſos deos Romani ita veneratī ſunt: ut nichil turpe de ipſis loqui licerꝫ quanto magis nos deum verum & imortalem honorare debemus. Audite diligenter o criſtiani lauacro ſacri baptiſmatis regenerati: quid Euſebius Panphili li. ii. & de euāgelica p̄paratione ſcribit: Romani inquit probe intelligentes fabularū figmenta ſpreuerūt: quod ab alicarnaſeo Dioniſio cognoſcere poteris: qui in. ii. vetuſte Romanorū hiſtorie res geſtas Romuli enarrans: ſententiā quoq; illius viri de diis his verbis oſtendit. Nō ignorauit: quia diligēter cotidie leges: & de bonis rebus contentio: & militaris excercitatio optimam ciuitatem conſtituūt. quarum rerum magnam curā adhibuit: a cultu deoruꝫ incipiens: templa igitur: lucos: aras: ſimulacra: formas: & ſimbola: virtutes: beneficia: que a diis hominibus collata ſunt: cerimonias. ac celeberrimas ſolemnitates. quib9 dii culti gaudent: & dies feſtos: ceteraq; ſic conſtituit: vt optime Grecoruꝫ rei publice res Romana cōferri poſſit. fabulas autem que de diis tradunt̃ turpes atq; inutiles exiſtimās: nec ſolū diis: ſed neq; probis hominibus dignas cūctas eiecit: ac ſuaſit: ut optime de diis Romani

UVA. BHSC. IyR_144

& exıſtiment & loquentur. Nullum eniin opus immortalı nature indıgnum ıllıs attrıbuit. hec ıbı. O q̃ta confuſio ıgıtur crıſtıanorū: qui deum ꝓditorem impium: acceptatoremq; ꝓſonarum īprobe accuſant: aliaq; inboneſta ꝓferunt in contumelıaz eius. Non ſic impıı nō ſic: bn̄dicite & nolite maledicere: q̃ten9 liberz nos ıpſe ab oī malo largiens ī hoc ſeculo ſuā gratıā: & ī futuro gloriā ſempiternā Amē.

¶ Sermo ſextuſdecimus de iudicio dei contra Nabuchodonoſor ſuperbientem.

SVperborum colla deus omnipotens potentı virtute calcare conſueuit: neq; vllus vnq̃ inuentus eſt tam diues & magnus: qui effugere potuerıt manum eius. eſt de hoc exemplum Nabuchodonoſor Regıs Babılonis: qui pro elatıone ſua humiliatus fuit a deo: & punitus flagello ſinguları. idcirco vt cōmoueamur ad timendum ſemper deuz: ſtatui in hoc ſermone de iudicio dei contra Nabuchodonoſor ſuperbientez dicere. de quo tractaturı: trıa miſterıa contemplabimur ¶ Primum dicit̃ ſuperbe elatıonis ¶ Secundum: acerbe punitionis ¶ Tertium: fructuoſe emendatıonis.

¶ De ſuperbıa Nabuchodonoſor. Capıtulum primum.

HEc eſt ꝓſperitatis temporalıs condıcio: ut ingratos hominēs dei bn̄factoris ſui faciat obliuiſci. Siqdem Nabuchodonoſor a deo ſublimat9 in regnū poſt multas glorioſas victorıas: & Iudeorum captiuitatem · contra deum ceruicem erexit: factuſq; eſt ſupbus: elatus: & preſumptuoſus. quod maxime mōſtrat̃ in trıbus ¶ Primo in ſtatue erectıone ¶ Secundo: in puerorū condemnatıone ¶ Tertıo: in ſuıpſius cōfidentıa & preſumptıone.

¶ De ſtatua Nabuchodonoſor.

¶ Primo apparet ſupbıa Nabuchodonoſor: in ſtatue fabrıcatıone. vbı tanto grauius deliquit: q̃to antea magnalıa dei ſibı fuerant predıcata & reuelata. Naz ut dicit̃ Danielis. ii. ca. anno regni ei9 ſecūdo viſionem habuit: de ſtatu quatuor regnorum & monarchıarum in ſtatua mirabılı: que ſibı ſupernaturaliter fuit oſtenſa. quod non ab re factum eſt. nam vt dicit Hıero9. Vidit Rex impius ſomniū futurorum: vt interpetrante ſancto quod viderat deus glorificet̃. & captiuorum deoq; in captiuitate ſeruientium ſit grande ſolaciū. hec ille. Cum uero omnes ſapiētes Babılonis eſſent requiſıtı: ut dı-

UVA. BHSC. IyR_144

cerent quid ipſe viderat: eo ꝙ a mente ſua receſſerat: & quid viſio ſignificaret. Sui omnes dei virtutem ſibi nuntiabant dicentes: Ser mo quem tu Rex queris grauis eſt: nec reperitur quiſq̃ qui iudi/cet illum: exceptis diis: quorum cum hominibus non eſt conuerſa/tio. vbi Hiero9 ait: Confitentur magi: confitentur arioli: & omnis ſcientia ſecularis litterature. preſcientiam futurorum: non eſſe ho minis: ſed dei. ex quo ꝓbatur ꝓphetas dei ſpiritu loquutos: qui fu/tura cecinerunt. hec Hiero9. Tandem volente deo: Daniel ſomniū & interpretationem aperuit. Tunc Nabuchodonoſor cecidit in fa ciem ſuam: & Danielem adorauit: & hoſtias & incenſum precepit vt ſacrificarent ei: hic Hiero9 dicit: Non tam Danielem: q̃ in Da/niele adorauit dominū: qui miſteria reuelauit. ideo dixit Danieli: Vere deus veſter deus deorum eſt: & dominus Regum: & reuelās miſteria. verūtamē vt Hiero9 refert: Velox obliuio veritatis: ut qui dudum ſeruū dei quaſi deum adorauerat: nūc ſtatuam ſibi fieri iubet: vt ipſe adoraretur in ſtatua. Scribitur nāq̃. iii. ca. Danielis. ꝙ fecit ſtatuam auream: altitudine cubitorum ſexagīta: & latitudine cubitorum ſex: & poſuit eam in campo duran: prouincie Babilonis. Dicit Nico9 de lira: ꝙ per ſuperbiam ꝓpter monarchie adeptionē voluit ſibi vſurpare honorem diuinum: & ideo fecit ſtatuam: in qua adoraretur. Simile legitur de Gayo Imperatore: qui ut dicit Ioſe phus. xviii. antiquitatum: Miſit ſtatuam ſuam ꝑ totum Imperium ſuum: ut in ea adoraretur. Addit Nico9 de lira: ꝙ altitudo ſtatue Nabuchodonoſor cōputatur cum baſe: ſuper quam erat poſita: & ꝙ ſtatua tantum exterius erat deaurata: quia non eſt credendum: ꝙ ſibi fuerit tanta moles auri: vel forte interius erat concaua. Sed e/go non reputo impoſſibile: aut ſatis difficile: ſtatuam que erat ſup baſim: fuiſſe totam de auro compactam: ſi vera ſunt que Vincētius tradit in ſpeculo hiſtoriali: de Baſilica Regis Pori: quem ſupera/rauit Alexander magnus: hanc utiq̃ deſcribit cuius columnis aureis ſolidis: Ingenti groſſitudine: numero triginta. parietes quoq̃ lami nis aureis: groſſitudinis digitalis: operti erant vinea ſolida ex auro cum foliis & racemis criſtallinis: diſtinctis ſmaragdis. Talami & cubicula omnia margaritis & carbunculis ornata erant. Sic potuit ex auro fabricari ſtatua Nabuchodonoſor. & quia dicit textus: ꝙ poſuit eam in campo duran prouincie Babilonis. Notanduꝫ hic: ꝙ Hiero9 ſup. xi. ca. Iſaye ait ſic: Babilon eſt metropolis Caldeorum: cuius muri ſexdecim milium paſſuum erant: ꝑ quadruꝫ ab angulo

UVA. BHSC. IyR_144

in angulum. quod eſt ſimul ſexagintaquatuor milia paſſuum. Ibiq; erat turris in altitudine trium milium paſſuum: De hac Babilone ſic ſcribit Iſidorus li. xv. ethimologiarum: Primus poſt diluuium Nembroth gigas Babilonem vrbem Meſopotanie fundauit: hāc Semiramis Aſſiriorum Regina ampliauit. Verūtamen vt refert ipſe Iſidorus li. xiiii. ethimologiaruz. Babilonie regionis caput Babilon vrbs eſt. a qua & nuncupata tantum nobilis: vt Caldea: & Aſſiria: & Meſopotania: in eius nomē aliquādo tranſiuerit. & hoc nō eſt inconueniens: ut tota ꝓuincia Babilonia nūcupetur. Sed hic dubitatnr adhuc: quare Daniel qui erat factus Regi familiaris: non prohibuit eū a tali inſania. & reſpondet Nico9 de lira: q; forte erat abſens in aliq̄ ꝑte regni: aut erat infirm9: vl' vidit Regē obſtinatū.

¶ De pueris miſſis in caminum ignis ardentis.

¶ Secundo apparet ſuperbia Nabuchodonoſor: in puerorū cōdēnatione. Nam cum edicto publico ſtatuiſſet: ut omnes conuenirēt ad dedicationem ſtatue: illamq; adorarent: & qui contrarium faceret mitteretur in fornacez ignis ardentis. Cū maxima multitudo Regis precepto pareret: Sidrach: Miſach: & Abdenago. Iudei ſcelus id facere recuſarunt. quos Chaldei inuidia moti accuſauerūt: Tunc Nabuchodonoſor in furore & ira precepit: vt adducerentu coram eo: qui cum ſtatiz fuiſſent adducti: dure arguit eos Nabuchodonoſor: quia ſuum preceptum non impleſſent: neq; penam cōminatoriā timuiſſent: addens: Et quis eſt deus qui vos eripiat de manu mea? O fides admirabilis illorum iuuenū: O inuicta corda: O confidētia oī preſumptione carens: nō fuerūt territi: imo audēter reſpōderūt Deus noſter qnem colimus poteſt eripere nos de camino ignis ardentis: & de manibus tuis o Rex liberare: quod ſi noluerit. Notuz tibi ſit Rex: quia deos tuos non colimus: & auream ſtatuam quam erexiſti non adoramus. ¶ Tunc Nabuchodonoſor precepit vt ſuccēderetur fornax in ſeptuplum plus q̄ ſuccendi conſueuerat. & viris fortiſſimis de excercitu ſuo iuſſit: ut ligatis pedibus Sidrach: Miſach: & Abdenago: mitterent eos in fornacē ignis ardētis. Vincti igitur: & veſtibus ſuis induti: ꝓiecti fuere in fornacem. Succendebatur autem fornax napta. dicit Nico9 de lira: Napta eſt genus bituminis inuentum circa Babilonem: & maxime nutrit ignem. ſcdz alios ſunt oſſa oliuarum arefacta: cum amurcha: Porro viros illos qui miſerunt Sidrach: Miſach: & Abdenago in fornacē: interfecit flāma ignis. Ipſi vero ſoluti ibant in medio flāmarū illeſi: laudantes

UVA. BHSC. IyR_144

& benedicentes deuꝫ. Poſt igitur flammarum diminutionem: vi/
dens Nabuchodonoſor ſuos aduſtos: & pueros ſuper prunas gau/
dentes: & quartum qui erat angelus habentez ſpeciē filii dei ꝓpter
irradiationem vultus in corpore aſſumpto. acceſſit ad hoſtium for
nacis & dixit: Sidrach: Miſach: & Abdenago ſerui dei excelſi viui:
egredimini & venite: ſtatimq; egreſſi ſunt Sidrach: Miſach: & Ab
denago de medio ignis: & obſtupeſcentibus cunctis: dixit Nabu/
chodonoſor: Bn̄dict9 deus Sidrach: Miſach: & Abdenago: qui mi
ſit angelū ſuū: & eripuit ſeruos ſuos: quia crediderūt in eo. & infra
A me ergo poſitum eſt hoc decretum: ut quicumq; loquut9 fuerit
blaſſemiam contra deum Sidrach: Miſach: & Abdenago: diſpereat
& domus eius vaſtetur. Honorauit autez ipſos pueros: & promo/
uit in prouinciam Babilonis.

¶ De preſumptione Nabuchodonoſor Regis.

¶ Tertio apparet Superbia Nabuchodonoſor: in ſuiipſius confidē/
tia & preſumptione. Nam cuꝫ viſionē habuiſſet de arbore magna:
vt dicitur Danielis. iiii. ca. Cuius altitudo pertingebat vſq; ad celū:
& aſpectus illius in omnem terrā: & rami eius pulcherrimi. & fru
ctus eius nimius: & eſca omnium in ea: & ſubtus eam habitabant be
ſtie agri: & in ramis ei9 cōmorabantur aues celi: dixiſſetq; Daniel:
Arbor iſta tu es: qui magnificat9 es: & iualuiſti: & magnitudo tua
creuit & puenit uſq; ad celum: & poteſtas tua in terminos vniuer/
ſe terre. verumtamen vidiſti ſanctum deſcendere de celo & dice
re: Succidite arborem: & diſſipate illaꝫ. attamen germē radicū ei9
in terra dimittite. & vinciat̄ ferro & ere: in herbis foris & rore ce
li conſpergatur: & cum feris ſit pabulum eius: donec ſeptem tem/
pora cōmutentur ſup eum. Hec eſt interpretatio: Eiciēt te ab ho/
minibus: & cum beſtiis feriſq; erit habitatio tua. & fenuꝫ quaſi bos
comedes: & rore celi infunderis. Septez quoq; tempora mutabunt̄
ſuper te: donec ſcias q; dominetur dominus excelſus in regnum ho
minum: & cuicumq; voluerit det illud. quod autem precepit: ut re
linqueretur germen radicum eius. ideſt arboris: regnum tuum ti
bi manebit: poſtq̄ cognoueris poteſtatem eſſe celeſtem. Quāobrez
conſilium meum Rex placeat tibi: & peccata tua belemoſinis redi
me. Poſt omnia iſta deambulando in aula Nabuchodonoſor: cepit
cogitare de viſione: & verbis Danielis: & confidens in ſeipſo dice/
bat: Nonne hec eſt Babilon ciuitas magna: quam ego hedificaui in
domuꝫ regni: in robore fortitudinis mee: & in gloria decoris mei?

UVA. BHSC. IyR_144

quia .ſ. ipſe Babilonē ampliauerat: nō ꝙ principaliter edificaſſet. Reputabat ergo dictum Danielis quaſi trufaticum & minime pō/derandum. Nota hic: quia Hiero9. ſup iſto paſſu dicit: ꝙ Nabucho donoſor in prīcipio acceptauit verba Danielis: & belemoſinas mul tas fecit: Idcirco ad menſem duodecimum dilata eſt in eum ſenten tia. Sed quia poſtea ambulans in aula: glorianter dicebat. Nonne hec eſt Babilon 2ē. bonum miſericordie perdidit malo ſuperbie.

¶ De flagello quo puniuit deus Nabuchodonoſor. Ca. ſecūduz.

STupenda ſunt que leguntur de punitione Nabuchodono/ſor. Nam ut ſequitur in textu Danielis: Cum adhuc eſſet ſermo: de quo ſuperius narratum eſt in ore Regis: vox de celo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonoſor Rex: Regnū trāſiit a te: & ab hominibus te eicient: & cum beſtiis feriſq; erit habitatio tua: fenum quaſi bos comedes: & ſeptem tempora mutabuntur ſup te: donec ſcias: ꝙ dominetur excelſus in regno hominum: Eadem ho/ra ſermo cōpletus eſt ſup Nabuchodonoſor. Hic queri ſolet: vtruz iſta de Nabuchodonoſor poſita vera ſint? Et circa hoc tres inue/niuntur opiniones ¶ Prima: eorum qui dicunt: ꝙ iſta miſtice ſunt intelligēda ¶ Secunda: eorum qui dicunt ꝙ fuit mutatus in beſtiā. ¶ Tertia: eorū q̄ aſſerunt ꝙ fuit mutatus quaſi in beſtiam ¶ Prima eſt opinio eoruz qui dicūt: ꝙ ea que de Nabuchodonoſor leguntur miſtice: non litteraliter ſunt intelligenda. Dicunt ergo ſcd̄m Nico laum de lira: ꝙ hec eſt methaphora de diabolo: qui in fine ſeculi cō ſequetur maiorem gloriam q̄ angeli: qui non peccauerunt. ſed hoc falſum eſt: quia peccatum diaboli eſt irremiſſibile ¶ Secūda opinio eſt eorum qui dicunt: ꝙ vera ſunt etiaz litteraliter que ſcribuntur de Nabuchodonoſor: & quod fuit mutatus in beſtiam. Sic videtur dicere Ioſeph9. contra quem dicit Nico9 de lira: ꝙ licet veraciter narret hiſtoriam veteris teſtamenti: tamen quando vult expone/re: aliquando turpiter deficit. Sicut de nuditate Ade in ſtatu inno centie: dicit: quia non erubeſcebat: & rationez aſſignans addit: quia Adam tunc viuebat ſimplicitate beſtiali: ſicut pueri ante vſum ra tionis non erubeſcunt de ſua nuditate. ſed hoc eſt falſum: quia ſic p peccatū melioratus fuiſſet ſtatus primi hominis: quia poſt adept9 fuiſſet vſuz rationis. Sic in ꝓpoſito ¶ Sed cōtra hoc poſſet quis indu cere textum Auguſtini ad Bonifacium: qui ponitur. xvii. q. iiii. ca. Miror. Nabuchodonoſor inquit Regem intende: qui cauſa ſuꝑbie de homine in bouem eſt mutatus: atq; a regno ſuo ꝓfugus recedēs:

UVA. BHSC. IyR_144

non ante regnum recepit: q̃ conuersus deum predicauit. Possum9 respondere: q̄ Ag9. loquitur sic: quia vt bos pascebatur feno: & nō q̄ realiter fuerit in bouem conuersus. Ideo tertia opinio cōmunior & vera est: scd̄m Nicolaum de lira: q̄ historia vera est litteraliter: ex qua colligitur: q̄ Nabuchodonosor perdidit vsum rationis per amentiā: & sic factus est quasi bestia. quia vita hominis non differt a bestiali vita nisi p̄ vsum rationis. scd̄m illud Aristotel̄. i. ethicorū Multi quidem omnino bestiales videntur esse: pecudum vitam eli gētes. Sed quibusdā durū ac difficile videt̃: quomodo Nabuchodo nosor nutritus in deliciis: potuit taꝫ diu vesci feno & herbis: & quo modo absq̄ ulla laceratione corporis sui inter bestias vixerit. Et Hiero9 respondet sic: Quid mirum est: si ad ostendendam potētiā dei: & humiliandam Regum supbiam: hoc dei iudicio sit patratuꝫ. Nico9 vero de lira dicit: q̄ furia hominis deordinat & quasi bestia lē facit. & ex hoc seq̃t: q̄ aliq̃ sunt possibilia & delectabilia: q̃ ante nō erant p̄pter transmutationem nature. sicut mulieribus pregnanti bus carbones: vel terra fit cibus delectabilis: p̄pter nature deordi nationem: que tamen eis alias sunt abhominabilia. furiosi etiam cū bestiis contrahunt familiaritatem; p̄pter quandam assimilationeꝫ ad eas: & p̄pter hoc bestie non deuorabant Nabuchodonosor: sicut experimēto habetur: q̄ canes ferocissimi non nocent fatuis natura liter: vel amentibus. Sed ad hoc queritur: quare non fuit ligat9 & detentus? Respondet Nico9 de lira: quia infirmitas fuisset aggra/ uata: & homines sui sciebant per reuelationem Danielis: q̄ in cāpis non moreretur: sed in regnum finaliter restitueret̃. ex quo regnū fuit illo tempore gubernatum per principes: & maxime p̄ Danie/ lem: qui diligebat Regem. & quia per Danielis reuelationem scie bant Regem restituendum: ideo nullum alium audebant interim statuere: ne Nabuchodonosor postea restitutus: puniret eos: tanq̃ reos criminis lese maiestatis. vel filius eius Euilmorodach pro illo tempore regnauit: & postea cessit patri.

De fructuosa penitentia Nabuchodonosor. Ca. tertium.

Restolatur benignitas dei peccatores: quos quandoq̄ fla/ gellat: vt si tādeꝫ ad penitētiā redire velit: illorū misereat̃. Ideo Nabuchodonosor ad se conuersum & humiliatum nō spreuit: Immo misericordie sue sinū dignatus est ei aperire. & licꝫ in textu Danielis nō sint posita que sequūtur: tamē quia Magist. in hist. illa recitat: nō est visuꝫ supfluū in hoc loco inserere: ut sic meli9

UVA. BHSC. IyR_144

intelligamus fructum emendationis eius. Refert igitur Magist. in hist. q̄ Nabuchodonosor non corporis mutationem: sed mentis alienationem passus est: & ablatus est ei usus lingue: & herba data est in cibum: & videbatur sibi q̄ bos esset in anterioribus: & leo in posterioribus: scd̄m misterium tirānorum: qui in prima etate voluptatibus dediti: & ceruicosi iugo Belial subdūtur. In fine vero interficiunt: diripiūt: & conculcant. Multi quoq; egrediebātur & videbant eum. Solus Daniel non egrediebatur: quia toto tempore alienationis eius orationi p̄ eo vacabat. Et ad preces eius anni septē quos totidem dominus dixerat tempora: in septem mēses conuersi sunt. In quibus quadraginta dies insaniā patiebatur: & p̄ alios quadragīta reuersus ad cor hominis: flebat & supplicabat deo: adeo q̄ ex nimio fletu oculi eius ut caro facti erant. & iterum p̄ alios quadraginta dies vertebatur in insaniam: donec septem menses cōplerentur. Post quos reuocatus est: non tamen regnauit statiz: sed statuti sunt p̄ eo septem iudices: & usq; ad finem septem annorum penitentiam egit: panem & carnes non comedit: & vinum non bibēs: leguminibus utebatur & herbis: iuxta consilium Danielis. Et hac penitentia completa regnauit iterum: & benedixit altissimum. Et scd̄z Nicolaū de lira mortuꝰ ē in statu salutis. Ideo dicit Agꝰ. xxiii. .q. iiii. ca. Nabuchodonosor. q̄ penitentia eius fuit fructuosa. Illiꝰ igit̄ exēplo studeamꝰ & nos pcccata nostra corrigere: ut sic p̄ticipes fieri valeamꝰ eterne vite: in q̄ viuit gloriosus deꝰ p̄ oīa se. s. Amen.

¶ Sermo decimusseptimus de iudicio dei: contra Athiochum in Iudeos seuientem.

REperiuntur homines q̄ omni clementia deposita: feris ac beluis crudeliores existunt. Quid naz de Anthiocho dicemus īmanissimo Rege: qui Iudeos acriter est persecutus. vtiq; vt patebit omnes bestias crudelitate sua antecellit. Contra quem deus iustus vindictam suam exercuit: illumq; tandem humiliauit atq; puniuit. Idcirco in hoc sermone de iudicio dei contra Anthiochum in Iudeos seuientem dicemus: contemplabimurq; more nostro tria misteria ¶ Primum dicitur feritatis ¶ Secundum: penalitatis ¶ Tertium: generalitatis.

¶ De crudelitate Anthiochi. Capitulum primum.

QVaz ferꝰ atq; crudelis Anthiochꝰ extiterit: ī hoc misterio

UVA. BHSC. IyR_144

aperiendum est. & licet Tho. xxii. q. centesimaquiquagesimanona dicat q̄ differentia est inter seuiciam & crudelitatez: quoniā p̄prie seuicia dicitur sēdz q̄ aliquis in penis inferendis: nō considerat aliq̄ culpam eius qui punitur: sed solum hoc quod delectatur in hominū cruciatu. Crudelitas vero attendit culpam in eo qui punitur: sed excedit modum in puniendo. vnde crudelitas differt a seuicia: sicut malicia humana: a bestialite: ut patet. vii. ethicorum. verūtamen large potest crudelitas nominari promptitudo volūtatis ad effun/ denduz saguinem humanū ¶ Et sic fuit crudelis & feralis valde Anthiochus. Quod patz triplicitер ¶ Primo in Hierusalem captione. ¶ Secūdo in rabida ordinatiōe ¶ Tertio ī matris & filiorū occisiōe.

¶ De multitudine interfectorum ex iussu Anthiochi.

¶ Primo apparet crudelitas Anthiochi in Hierusalez captione. vt enim scribitur. ii. Machabeorum. v. ca. Profectus Anthiochus ex Egipto efferatus animo ciuitatem Hierusalem armis cepit. Iussit autem militibus interficere: nec p̄cere occurrentibus. & p̄ domos ascendentes trucidare. Fiebat ergo cedes iuuenum: ac seniorum: mulierum: & natorum: exterminia virginumq̄: & p̄uulorū neces. ¶ Erant autez toto triduo octoaginta milia interfecti: non minꝰ aūt venūdati. Nota hic p̄pterea: quia omnia Anthiochi gesta ex libris Machabeorum sumuntur: q̄ Hieronimus in argumento in libris Machabeorū ait: Machabeorum liber licet non habeatur in cano/ ne Hebreorum: tamen ab ecclesia inter diuinorum librorū ānume ratur historias. Insuper aduertendum: q̄ deus benedictus p̄mitte bat populum sic turbari: p̄pter excrescentes iniquitates. Nā ut di/ citur. i. Machabeorū. i. ca. In diebus Anthiochi exiere ex Israhel viri iniqui: & bedificauerunt Gignasium in Hierosolimis: sēdm le/ ges nationum: & fecerunt sibi prepucia: & recesserunt a testamen to sancto: & iuncti sunt nationibus.

¶ De aliis interfectis.

¶ Secundo apparet crudelitas Anthiochi in rabida ordinatiōe. Nā expoliauit & prophanauit templum: & reuersus Anthiochiam: mi sit quendam principem Appollonium nomine: cū exercitu vigīti duorum milium: qui discurrens per ciuitatem: ingentem multitu/ dinem p̄emit & interfecit. Non multo post misit quendam Antio cenum: qui cōpelleret Iudeos: ut se transferrent a patriis: & dei le gibus: & eos qui nollent transire ad instituta gētiliū: interficeret. Due mulieres delate sunt natos suos circumcidisse. quas infantiꝰ

UVA. BHSC. IyR_144

ad vbera ſuſpenſis: cum publice per ciuitatem illas circūduxiſſent: per muros precipitauerunt. Alii vero ad proximas coeuntes ſpelū cas: & latenter ſabbati diem celebrantes. Cuz indicati eſſent cuidā Philippo prepoſito Anthiochi flammis ſuccenſi ſunt.

¶ De matre occiſa cum ſeptem filiis.

¶ Tertio apparet crudelitas Anthiochi: in matris & ſeptez filiorū occiſione. Erat vtiq; mater quedam: ſeptem filios habens. & ut dicit̃. ii. Machabeorum. vii. ca. Dum a crudeli Anthiocho cōpellerē tur: vt contra patrias leges: carnes porcinas comederent. Maiornatu dixit: Parati ſumus mori magis q̃ patrias & dei leges preuaricari. Iratus Rex iuſſit ſartagines & ollas eneas ſuccendi: eiq; qui ſic locutus fuerat amputari linguā: & cutem capitis abſtrahi: ſummas quoq; manuū & pedum preſcidi: ceteris eius fratribus & matre inſpicientibus. ſicq; in ſartagine torqueri: donec morereť. Interim vero ceteri vna cū matre ſe hortabantur mori fortiter. Poſt & ſecundus ſimilia tormēta patiens extinctus eſt. qui in vltimo cōſtitutus dixit ¶ Tu quidez ſceleſtiſſime in preſenti vita nos perdis: ſed Rex mūdi: defunctos nos pro ſuis legibus in eterne vite reſurrexione ſuſcitabit. Poſt iſtum tertius illuditur: & linguam poſtulatus cito ꝓtulit: & manus conſtanter extendit: & cum fiducia ait: E celo iſta poſſideo: ſed ꝓpter dei leges nunc hec ipſa deſpicio: quoniā ab ipſo ea me recepturū ſpero. Cunctis admirantibus adoleſcentis conſtantiam: expirauit in tormentis ſartaginis ſicuc & alii. Vexať iam quartus ſimilibus cruciatibus. Deinde quintus. Et tandē ſext9

¶ Que dum agerentur: mater ſapientia repleta: cogitationi feminee maſculinū animū inſerens: dicebat ad filios: Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis: neq; eiz ego ſpiritū & animam donaui vobis & vitā: & ſingulorum menbra non egoipſa cōpegi: ſed mundi creator qui formauit hominum natiuitatez: quiq; hominū inuenit originez & ſpiritum vobis iterū in miſericordia reddet & vitā: ſicut nūc vos metipſos deſpicitis ꝓpter legez eius. Remanēte adhuc ſeptimo iuniore: multa pollicebatur Anthiochus: vt dei leges contemneret: ſuadebatq; matri vt ad hoc illum induceret. Que inclinata ad filiuz hebraica lingua dicebat: Fili miſerere mei: que te in vtero nouem menſes portaui: & lac triennio dedi & alui: & in etatem iſtā pduxi: aſpice celum & terram: que omnia fecit deus: illum honora: & cum fratribus mori non timeas. At adoleſcens animoſior factus: exclamans dixit: Quē ſuſtinetis: nō obedio precepto Regis: ſed p̄cepto

UVA. BHSC. IyR_144

legis: que nobis data est per Moysen. Tu vero qui inuētor omnis malitie factus es: non effugies manum dei. Quare acrius indignatus tirann9: & istum in domino confidentem: inter dura tormēta cōpulit mori. Nouissime post filios: & mater suppliciis cōsumata ē.

¶ De horribili pena & plaga Anthiochi crudelis. Ca. secūdum.

NOn est abbreuiata manus domini: que tandē iniquos & malos homines prosternit fortiter: & humiliat. Ecce Anthiochi exemplum: veritatez huius rei nobis aptissime pandit. De ipsius ergo penalitate in hoc secundo capitulo erit disserenduz: de quo tria consideremus. ¶ Primo: plagam ¶ Secundo: notitiam. ¶ Tertio: penitentiam.

¶ Primo considermus Anthiochi plagaz: vt enim scribitur. ii. Machabeorum. ix. ca. Cum rediret de Perside & frigia: spirans animo contendit Hierosolimam redire: illamq; delere funditus: dicens: velle illam congeriem sepulchri Iudeorum esse facturum. Sed qui vniuersa conspicit dominus: pcussit eum insanabili plaga: apprehēditq; eum dirus dolor viscerum: & amara intestinorum tormenta: insuper contigit illum in impetu euntez de curru cadere: & in graui collisione corporis mēbra vexare: facteq; sunt carnes eius vermibus scaturientes: & fetore nimio vulnerum grauabatur exteri9 Et qui pauloante sidera celi cōtingere se arbitrabatur: eum nemo poterat propter intollerantiam fetoris portare.

¶ Secundo consideremus Anthiochi noticiam. vt ait Gregori9: Oculos quos culpa claudit: pena aperit. Ideo sic pcussus Anthioch9: cepit ad sui agnitionem venire: non ualens & ipse suiipsius ferre fetorez: pariter & dolorem. Dicebatq;: Iustū est subditum esse deo: & mortalem non paria sentire de deo.

¶ Tertio considerem9 Anthiochi penitentiaz. In tot vtiq; vexationibus Anthiochus penitentiam egit: sed infructuosam. quia vt dicit Bonauentura in. iiii. di. xiiii. Dolebat de peccatis suis: nō ꝓpter diuinum amorē: sed ꝓpter penam quam sibi ꝓpter sua delicta īminere conspiciebat. Ideo dicit textus. ii. Machabeoruz: Verbis orabat aūt scelestus dominū: a quo nō erat misericordiam consequuturus: & ciuitatem ad quam festinans veniebat: vt eam ad solū deduceret: optabat liberam reddere: & Iudeos equales Atheniensibus facturum pollicebat̄: promittens adhuc templū quod prius expoliauerat: ornaturum optimis donis: & multiplicaturuz sancta vasa: & Iudeum esse futurum. Tamen cum a deo non acceptaret̄ oratio

UVA. BHSC. IyR_144

eius: homicida: & blasphemus: pessime percussus peregre in montibus miserabili obitu vita functus est.

¶ De generali punitione hominum crudelium: qui qualia fecerunt: talia passi sunt. Capitulum tertiū.

Crudelium hominum culpam inuentus est deus generaliter: vt in plurib9 adeo molestę tulisse: ut crudeliore pena eos acerbissime mactauerit. Nec solum Anthiochus ꝓ crudelitate punitus est: sed & etiam q̃si innumeri sui similes: extermināti sunt de terra viuentium. ¶ Idcirco in hoc misterio adducem9 q̃ plurium exempla: ut sic deprehendamus generaliter crudelitatez exosam deo: qui cum sit natura misericors & pius: aduersus crudeles tamen efficitur durus & rigidus. Scribitur ergo Iudicum. i. ca. ꝙ Adombesech crudelis captus a Iudeis in bello: cesis summitatib9 manuum eius atq; pedū: dixit: Septuaginta Reges amputatis summitatibus manuū ac peduz: colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci: ita reddidit mihi deus. De Ciro Rege crudeli refert Iustinus: ꝙ post q̃ adolescentulum filium Thamiris Regine Massagetarum cum tertia ꝑte copiarum decepisset: simulato metu: quasi fugiens: & instructa castra vino epulisq; deseruisset: interfecisset q; a matre Thamiri supatus: ita ꝙ ducenta milia persarum simul cum Rege deleta fuere: & tante cladis nec nūcius superfuit. Ipsius caput amputatum in vtrez humano sanguine plenū iussit Regina confici: dicens: Sacia te humano sanguine: quem. xxx. annis sitisti. Narrat Suetonius de ꝑcussoribus Cesaris: ꝙ nullus fere triennio supuixit: nullusq; naturali morte obiit: nam pars naufragio: pars prelio defuncta est. Quidam se illo pugione quo Cesarez vulnerauerant occiderunt: ut apte monstraretur: cedem illaz nec deo nec hominibus placuisse: viginti namq; & tribus vulneribus cōfossus Cesar occubuit: anno. lvi. etatis sue. Nero. vi. Romanorū Impator: q; vt scribit Plinius li. vii. de naturali historia: Natus ē premissis pedibus: & crudelissimus ac viciosus valde fuit: post multa faci/nora audiens Sergium Galbam a militibus in Hispaniis (vbi prętor erat) Impatorem electum. scd̄m Suetonium tribunos & centuriones de fuge societate temptauit: & nullum habuit sibi consentiē tem: nocte misit pro amicis: & nil sibi renunciabant ab aliquo. ipse cum paucis hospicia singulorum adiit: verum clausis omnium foris: nullo respondēte: in cubiculū rediit. Requisiuit deinde ꝑcussorem: cuius manu ipse periret. sed nemine reperto: Ego inquit nec

UVA. BHSC. IyR_144

amicum habeo: nec inimicū. & cucurrit ut se p̄cipitaret in Tiberī: sed reuocato impetu: cum iam nox iret in diem: equū ascendit: quatuor solis comitātibus. deinde cum ad diuerticulum ventum esset: circa quartū miliariū: dimissis equis: p̄ vepres & arūdines semitam agere: nec non strata sub pedibus veste: ad p̄ximam villam euasit: diuertitq; in paruulam casam: & cum fames & sitis eum innaderet: sordidum panem sibi oblatum spreuit: bibit tamen aliq̄tulum aque tepide: inter moras p̄cepit se hostem a Senatu iudicatum: & queri vt puniatur more maiorum. Interroganti: quale id pene genꝰ essꝫ cum diceretur: scd̄m Eutropiū: nudi hominis ceruicē furce inseri: per publicas vias duci: & corpus virgis ad necem cedi: & de saxo p̄cipitari: conterritus duos acutos pugiones arripuit: orauit: vt aliquis se ad mortem capescendam iuuaret: extimplo iam p̄pinquabāt equites: quos p̄ clamorē p̄p̄iquos sensit: qbꝰ preceptuꝫ erat: vt euꝫ viuū traherent. quod ut sensit: ferrum iugulo appositum: ad quartū ab urbe lapidem: & cum semianimus adhuc esset: irrumpenti Centurioni: & penula ad vulnus posita: in auxilium se venisse simulāti: q̄ sero dixit Nero: & hec est fides: & in hac voce defecit. xxxii. anno etatis: & anno. xiiii. Imperii scd̄m Horosiuꝫ & Eutropiū. Domicianus Impator p̄pter suam crudelitatem: iusto iudicio dei: a cubicullariis suis septem vulneribus occisus est. anno etatis sue. xlv. vt diximus in sermone de cognitione supbie. Legitur de Agensorico Rege: qui fuit Arriana heresi infectus: & p̄ Hispaniā & Africam p̄sequutus est cristianos: & multos martires fecit: & confessoribus linguas abscidit: qui ut Isidorꝰ narrat: abscisis linguis p̄fecte loquebantur. vt etiam ponit̄. C. de officio prefecti pretorio Africe: q̄ tandem cunctis effusis visceribus miserabiliter vitam finiuit. ¶ Pilatus crudelis in multas incidēs calamitates seipsuꝫ occidit ¶ Iudas impius desperatus: laqueo se suspendit ¶ Herodes ascalonita q̄ innocentes occidi fecit: post tantam cedem puuloruꝫ: suspectos habens filios: Alexandrum. s. & Aristobolū: vt dicit Magist. in hist. scolastica: quasi eum interfici p̄curassent: vt ipsi regnaret: illos occidi fecit. Septuagesimo vero anno etatis sue: in grauissimam egritudinem cecidit. naꝫ febre valida prurigine corporis: colli continuis tormentis: pedum inflatione: vermescentibus testiculis: intollerabili fetore: crebro banelitu: & interruptis suspiriis torquebatur. a medicis uero in oleo positus: inde quasi mortuus est ablatus. Sciēs autem Iudeos cum gaudio morteꝫ suā expectare: nobiliores viros

UVA. BHSC. IyR_144

ex omni Iudea collectos: in carcere posuit. Dixitq; Solome soro/
ri sue: Scio Iudeos de morte mea gauisuros: sed potero habere mul
tos lugentes: si cum spiritum emisero: cunctos occidas: quos in cu/
stodia seruo: vt sic oīs Iudea me defleat iuita. & vt dicit Iosephus:
in. xvii. antiquitatum: gladio quo pomuz purgabat: se pemit. Sūt
& alia innumera quasi exempla huiusmodi: que nos breuitatis cau/
sa tacemus. Cōmemorauimus autem que supᵃ posita sunt: vt ex illis
percipiamus: quantum deo displicet seuicia atq; crudelitas. sed ple
riq; falso in semetipsis gloriantur & dicunt: hoc vicio se fore mūda
tos. quibus nos respondemus: q; etiam absq; humani sanguinis effu
sione: crudeles multi in diuinis eloquiis appellantᵉ ¶ Et primi sunt
proximos odientes: pro quibus dicit Iohannes in Canonica ca. iii.
Omnis qui odit fratrem suum homicida est. ¶ Secundi sunt ꝓximis
detrahentes: de quibus dicitᵉ. vi. q. i. ca. Summa iniquitas. Summa
iniquitas est: fratres detrahere & accusare. oīs eiz qui detrahit fra
tri suo: homicida est. ¶ Tertii sunt diuites pauperes non pascentes:
vnde. lxxxvi. di. ca. In singulis. ca. Pasce. Pasce fame morientem:
si non pueris occidisti. ¶ Quarti sunt executores testamentorum:
qui relicta ad pias causas cum possunt: nolūt ecclesiis & pauperib9
dare: contra quos scribitur. xiii. q. ii. ca. Qui oblationes. Qui obla
tiones defunctorum: aut negant ecclesiis: aut difficile reddūt: tāq̄
egentium necatores excōmunicentur. ¶ Quinti sunt filii parentib9
non subuenientes: pro quibus dicit Ap9. i. ¶ Thi. v. ca. Si quis suorū
& maxime domesticorum curam non habet: fidez negauit & est in
fideli deterior. Et vt breuiter concludamus: omnes qui ꝓximos in
iuste persequūtur: illisq; sunt infesti: homicide crudeles nuncupāᵉ.
sicut patet de pe. di. i. ca. Homicidium. ca. Homicidiorū. ca. ¶ Tria
sunt genera. ¶ Scimus ergo clementes & pii: quatenus crudelitate
reiecta: dignos reddam9 nosipsos ad habēdā hic gratiā: & in futuro
sempiternam gloriam. In q̄ viuit & regnat de9 ꝑ oīa se. se. Amen.

¶ Sermo decimusoctau9 de cognitione dei: & de debito sibi exhibendo honore ac cultu.

QVoniam deus oculis corporis non videtur: quia remo/
tissim9 est a sensu. vt docet Aristoteles in ꝓlogo metha.
In varias noxiasq; opiniones errorum homines dilabūᵗ
& aut negant esse deum: aut deos plures confingūt: aut

UVA. BHSC. IyR_144

ea que de diuinarum personarum pluralitate scdz fidei traditionez dicuntur: acceptare nolunt. Inde fit ut diuin9 cultus minuat: neqz debita exhibeatur reuerētia ipsi deo. quare in hoc sermone de deo glorioso merito ptractādū censui: vt sic eū agnoscētes: maiestatē ei9 honore debito psequamur: In superioribus namqz de timore suorū iudiciorum diximus: amodo vero circa honorem qui sibi debetur a nobis insudabimus. De deo igitur tractaturi: tria misteria elucidare conabimur. Primum dicitur cognitionis generalis. Secundū vnitatis essentialis. Tertium trinitatis personalis.

De generali cognitione dei. Capitulum primum.

Hortandi sunt omnes homines mundi: vt deum cognoscere studeāt. quia sine cognitiōe dei: cetera quoqz q̄ grādia extimari possunt: parua sunt & vilia. ex quo de9 Iheremie. ix. cap. dicit: Non glorietur sapiens in sapientia sua: nec dives in diuiciis suis: nec glorietur fortis in fortitudine sua: sed in hoc glorietur: qui gloriatur scire & noscere me: quia ego sum dominus. Verūtamē quidam deum esse minime credunt. de quib9 dicit Damasus: Intm̄ preualuit pernicioſa hominuz malicia: vt dicant non esse deum. De his loqtur sic Tullius ī prio de natura deorū: Quidā dixerunt totā de diis inmortalibus opinionem esse factam ab hominibus sapientibus: Reipublice causa: ut quos ratio non posset: eos ad officiuz religio duceret. huiusmodi falsitatis sectatores: quid aliud: q̄ fatuos dixerim. Cogitare namqz vel dicere deum non esse: non nisi ex stulticia prouenire potest. Ideo psalmista inquit: Dixit insipiens in corde suo non est deus. Et Ihere. iiii. dicit deus: Stultus populus me9 me non cognouit: filii insipientes sunt: & vecordes. Quare autem stulticia sit cogitare ꝙ nō est deus: apparet ex hoc ꝙ rationabiliter qlibet pōt si velit cognoscere deū esse: ꝓpter quinqz ſpecula: q̄ deuz esse apertissime manifestāt. Primū dicitur naturalis legis illuminatio. Secunduz: scripture testificatio. Tertium: mūdi ꝓductio. Quartum: creaturarum ordinatio. Quintū: omniū desideratio.

De naturalis legis illuminatione: in cognitione dei.

Primū speculū in quo lucet veritas diuini esse: dicit̄ natural̄ legis illuminatio. Ab ipso vtiqz summo patre accepimus naturalē legez: qua quilibet ratione vtens cognoscere potest ꝙ deus est. Nam posito: ꝙ aliquis mox natus: exponeretur: nutriretur qz: aut in mari: a marinis beluis: aut in silua a feris indomitis: nec videret vnq̄ vel audiret quicq̄ de deo dici: q̄ primuz ad annos discretionis attīgeret

UVA. BHSC. IyR_144

ex lumine rationis naturalis cognoſceret q̄ deꝰ eſt. licet in particu
lari errare poſſet: credens deuꝫ eſſe aliquam creaturaꝫ. hec omnia
probantur: & roborantur dictis & teſtimonio ſapientū. Inqt Agꝰ.
in li. de fi. ad Petrū: Nichil tm̄ nouit mens: q̄tum deum eſſe & ſe.
& Damaſcenꝰ: Cognitio exiſtendi deum nobis naturaliter inſerta
eſt. & Hugo de ſancto victore: Sic deus cognitionem ſuaꝫ in homi
ne tempauit: ut ſicut quid eſſet non poſſet cōprehendi: ita quia eſſꝫ
non poſſet ignorari. & Cicero li. i. queſtionū tuſculanarum: Nemo
hominū tam īmanis: cuius mētem non imbuerit diuinitatis opinio.
& Idem li. primo de legibꝰ: Nulla gens eſt tam inmanſueta: taꝫ fe
ra: que non etiam ſi ignoraret qualem habere deum debeat: non tn̄
habendum ſciat. Ex hoc Idem li. i. de natura deorum ait: Protha/
goras iuſſu Athenienſiū vrbe & agro exterminatus eſt: libriq̄ eiꝰ
combuſti ſunt: ꝓpter hoc: q̄ hoc cōmune verū in dubiū reuocaue/
rit. In. ii. vero de natura deorum dicit: Naꝫ niſi cognitum incōpre
henſumq̄ animis ideꝫ haberemus. ſ. q̄ deus eſt: non tam ſtabilis eiꝰ
opinio ꝑmaneret: nec confirmaretur diuturnitate temporis: ſed
vna cum ſeculis etatibuſq̄ hominum inueteraretur.

¶ De teſtificatione ſcripture In cognitione dei.

¶ Secundum ſpeculum: in quo cognoſcere poſſumus q̄ deus eſt: di/
citur ſcripture teſtificatio. Omnis quippe ſcriptura vtriuſq̄ teſta
menti deū eſſe predicat: de quo ſic incipit principio geneſis. In prī
cipio creauit deus celum & terram. & uſq̄ ad finem magnalia dei
clare proclamat: Neq̄ opus eſt ſingula recenſere: que de deo conti
nentur in illa: cum ut diximus tota circa dei viuentis miſteria ſtu/
penda verſetur. Doctores inſup ſancti illius ſcripture interpretes
eruditiſſimi: de deo glorioſe loquūtur: quorum aliqua dicta hic in/
terponenda duxi: Inquit Caſſiodorus ſup pſal. illum: Magnus do/
minus & laudabilis nimis. Deus eſt uirtus inexplicabilis: pietas in
cōprehenſibilis: ſapientia ineffabilis: cuius vera diffinitio eſt: fīnē
in ſuis laudibus non habere. & Boecius li. de trinitate: Deus ē eſſe
pulcherrimum fortiſſimumq̄: vere vnum in quo nullus ñumerus:
nullum in eo aliud: preterq̄ id quod eſt. & Anſelmus in ꝓſologion:
Deus eſt pulchritudo que non videtur: odor qui olfactu nō ꝑcipit̄:
ſapor qui non cognoſcitur: bonitas que non ſentitur. & Gregorius
in moralibus: Deus ē viuificatrix virtus: cauſa cauſarū: vita viuen
tium: ratio rationabiliū creaturarū. & Agꝰ. li. i. de libero arbitrio
Deus eſt: quo nil ſuperius eſſe conſtat: eternus: incommutabilis. &

UVA. BHSC. IyR_144

Ag9.xv.de trinitate: Deus est: qui ē omniū potentissimus: specio
sissimus: beatissim9: quem mori: mutari: corrūpi: est impossibile.
& Ag9.li.de vera religione: Deus est incōmutabilis natura: prima
vita: prima essentia: prima substantia. & Ag9.v.de trinitate ca.iii.
Deus est substantia: vel ut melius dicatur essentia: cui ipsuȝ esse ma
xime ac verissime cōpetit. Nota hic: ꝙ nomen substantie scd̄ȝ cōmu
nem hominum acceptionem a subsistendo videtur dici: scd̄ȝ Arist.
in predicamentis. & scd̄m hoc substantia grece vsia dicit̄: quia sub/
sistit. Corpus autem quia subsistit substantia dicitur. vnde cum for
ma pura que deus est: nulli subsistat: ꝓprie substantia dici non pōt.
Verum absolute nomen substantie sumitur: scd̄m ꝙ dicitur: ꝙ sub/
stantia est: quod non est ab alio: sed semp ex hoc est: quod ꝓpria in/
tra se virtute consistit: & sic potest dici causa prima substātia. vnde
Auicenna li. viii. ca. iiii. Quāuis refugiamus de deo dicere: nomen
substantie: non tamen intentionem: cuius intentio est res habens
quidditatem stabilem: cuius esse est esse: quod non est in subiecto:
corpore: uel anima. & ꝓpter hoc dici potest substātia: melius tamē
dicitur essentia. sicut enim ab eo quod est scire dicit̄ sciētia: ita ab eo
quod est esse dicta est essentia. & quia ille maxime est: qui dicit: E/
go sum qui sum. Ideo ꝓprie dicitur essentia: scd̄m Hiero. ad Dama
sum papam: quoniā ipse est origo & principium essendi: & quod ē:
a quo est: quicquid est: scd̄m Algazelem. ii. metha. Et quia nostrū
esse cōparatione illius est non esse. sicut dicit Plato in thimeo. Phi
losophi etiam qui rectam in hac pte mentem tenuerūt: de deo ma/
gnifice multa dixerunt. Auicenna. viii metha. sic ait: Deus est bo/
nitas pura in desiderio omnium. & Cicero in primo de natura deo
rum: Deus est quo nichil beatius: nichilꝙ bonis omnibus affluen/
tius excogitari potest. & in. ii. de natura deoruȝ: Deus est natura
prestans· quo nichil est melius. & Albumasar: in maioribus intro/
ductionibus: Deus est mouēs omnia: immobilis: incorruptibilis: al
tissimus: cuius nomen est benedictū: & exaltatū exaltatione maxi
ma. & Aristoteles in primo de celo & mundo: Deus est: apud queȝ
est vita fixa: sempiterna ī secula seculoruȝ: que nec finitur: nec defi
cit. &. xii. metha. De9 ē nobilissim9 oīm entiū: & nichil eo nobili9.

¶ De mundi ꝓductione: ad cognitionem dei.

¶ Tertium speculum quo cognoscere poterimus deuȝ esse: dicitur
mundi ꝓductio. Nam ꝓductum hunc mundum credim9 ab aliquo
potente: sapiente: optimoꝙ artifice: hic autem esse non potuit nisi

UVA. BHSC. IyR_144

deus. Nā si cuncti Reges & philosophi: quotquot fuere: quot sunt: & erunt: conuenirent in vnum: nec minimum florem ꝓducere possent de nouo. Ideo ait sapiens. xiiii. ca. sapiētie: A magnitudine speciei & creature: poterit creator eorum cognosci· & Ag9. li. xi. de ci. dei: inquit: Exceptis ꝓphetici vocibus: mundus ipse ordinatissima sui mutabilitate: & mobilitate: & visibilium omnium pulcherrima specie: quodāmodo tacite: & factum se esse: & nisi a deo ineffabiliter atq; inuisibiliter se fieri potuisse ꝓclamat. & Ag9. li. x. confessionum: Interrogaui de deo meo celum: solem: & lunaz: & stellas: & respondere mihi: Neq; nos sumus quod queris. & dixi omnib9: qui circumstāt fores carnis mee: dicite de deo meo aliquid: & exclamauerunt voce magna: Ipse fecit nos. Interrogatio mea: intētio mea: & responsio eorum: species eorum. & de hoc Iob. xii. ca. Interroga iumenta: & docebunt te. volatilia celi: & indicabūt tibi. loquere terre: & respondebit tibi: & narrabunt pisces maris. Quis ignorat: q̄ hec omnia manus domini fecerit: Lactantius vero li. i. diuinarum institutionum: Orpheus inquit vetustissimus poetarum dominuz deum verum & magnum primogenitum appellat: eo q̄ ante ipsuz nichil sit genitum: & ab ipso cuncta sint generata.

¶ De creaturarum ordinatione: ad cognoscendum deum.

¶ Quartum speculum: in quo omnes possunt inuestigare deuz esse: dicitur creaturarum ordinatio. Omnia enim que sunt in vniuerso: in tanta rerū varietate ordinata sunt: ita q̄ Aristoteles dicit in. xii. metha. Nichil naturalium: aut in celestibus: aut in terrestrib9 est sine ordine. Videmus nāq; contrarias naturas ignis: & aque: aeris: & terre: in vnius mundi conseruatione adinuicem conuenire: & indissolubiliter ꝓmanere: videmus corporū omnium ordinatissimos motus: videmus rernz insensibilium regulatissimos ad suos effect9 inumerabiles modos: videmus corpora superiora in hec inferiora influere. & vnde tanta in omnibus rebus mēsura: certe ab ipso deo de quo Ap9. ad Ro. xii. ca. ait: Que a deo sunt: ordinata sunt. Ideo & Arist. i. metheororū ca. v. ait: Ordinatio eorum que snnt in mū do: est ex dispositione primi principii: qui est deus glorioſus.

¶ De desideratione omnium: in cognitionem dei.

¶ Quintum speculum in quo deum esse deprehendimus: dicit oīm desideratio. Impossibile nāq; ē esse aliqd i appetitu: siue nature: siue rationis: quin illud sit. Impossibile ē: q̄ grauia tenderent deorsuz: nisi esset centrum. Impossibile est: q̄ flumina mouerētur ad mare:

UVA. BHSC. IyR_144

niſi eſſet mare. Impoſſibile eſſet ꝙ animalia peterent cibum: ſi non eſſet cibus. quia in. ii. de celo & mundo dicitur: ex natura: nō facit aliquod factum vanum. & in. iii. de anima: Natura nichil facit fruſtra. Sed homines appetunt cognoſcere veritatem: & habere bonitatem: ergo oportet ꝙ ſit aliquod verum cognoſcibile: quo cognito mens humana quieſcat. & aliquod bonum diligibile: quo adepto nil ulterius deſiderare queat. Sed hoc in nulla creatura iueniri poteſt ergo oportet ponere deum eſſe ¶ Sed inſultant quidam: nobis aſſerentes: non eſſe opus: taꝫ ꝓlixa diſceptatione contendere: vt deum eſſe monſtret̃: Credim9 aiūt hoc: & firmiter id tenemus. ſed vtinā non ſint de numero illorum: de quibus dicit Ap9. ad Tituꝫ. i. cap. Confitentur ſe noſce deum: factis autem negant. cum ſint abhominati: & incredibiles: & ad omne opus bonum reprobi. Si deum eſſe cognoſcunt dominum omnium: vbi eius obedientia: & ſuorum obſeruantia mandatorum? Si deum credunt omnipotentem & iuſtū: vbi timor eius? Si deum ſuum benefactorem exiſtimāt: vbi laus & gloria: vbi gratiarum actio? O damnabilis & fatua multorum cecitas: qui dicendo domine domine: ſaluos fieri ſe putant. his dicitur Mathei. vii. ca. Non omnis ꝙ dicit mihi domine dñe: ītrabit in regnum celorum: ſed qui fecerit voluntateꝫ patris mei ꝙ in celis eſt.

¶ De his qui plures dicunt eſſe deos: ad conuincēdum eos vnum tantum eſſe deum. Capitulum ſecundum.

Contra eos qui plures eſſe deos dicunt: in hoc ſecūdo miſterio viriliter inſiſtendum eſt: vt plenam veramq; de deo noticiam habeamus. Naꝫ parum eſſet credere ꝙ ſit deus: niſi quod & vnus tm̄ ſit confiteamur: & licet ſimpliciter pureq; hoc ſit acceptandum: tamen ad conuincendos incredulos ꝓbare nitemur: ꝙ deus eſt vnus: quinq; modis ¶ Primus dicitur contrarioruꝫ ſolutio ¶ Secundus: ſcripturarum teſtificatio ¶ Tertius theologoruꝫ ratio ¶ Quartus: gentilium & philoſophorum confeſſio. ¶ Quint9 Idolatrum ſuperſtitio.

¶ De cognitione vnius dei: ex contrariorum ſolutione.

¶ Primus modus quo ꝓbamus ꝙ deus eſt vnus: dicitur contrariorum ſolutio. Nam ꝙ deos plures eſſe volunt. arguunt tripliciter:

¶ Primo ſic: ex. iii. topicorum habet̃: ꝙ plura bona ſunt meliora paucioribus. ſed plures dii ſunt plura bona: ergo melius eſt eſſe plures q̃ vnum. Sed ſcdm Anſelmum: Omne quod eſt melius circa deum eſt ponendum: ergo non eſt ponere plures deos. ¶ Secundo arguūt

UVA. BHSC. IyR_144

quia Ap9. dicit. i. ad Corin. viii. ca. Siquidem sunt dii multi & domini multi ¶ Tertio arguūt quia vnūquodq; pfectuz est: cum pōt producere sibi simile. sed diuina essentia est pfectissima: ergo pōt essentiam sibi similem pducere. sed esse & posse in diuinis idez sunt scdm Dyonisium: ergo essentia diuina pducit aliam essentiā: & alia aliam in infinitum ¶ Sed ad primuz argumentum respondet Bonauentura in. x. di. ii. q dictum phi. habet veritatem in bono creato & finito: quod ratione sue finitatis: recipit bonitatis augmentum: per additionem alterius boni. Non aūt intelligi potest de bono infinito quod augeri non potest ¶ Ad secundum dicit Bonauentura di. iiii. i. q hoc nomē deus sumitur tripliciter ¶ Primo nūcupatiue. ¶ Secundo: adoptiue ¶ Tertio: naturaliter. Ap9. ergo dicit: q sunt dii multi nūcupatiue. vnde ad Philippēses. ii. ca. dixit Ap9. de gulosis: Quorum deus venter est. & de amicis dei dicit psal. Ego dixi: dii estis: & filii excelsi omnes ¶ Ad tertiuz obiectū dicit Richardus in. i. di. ii. q illud quod adducitur de pductione similis intelligendum est in generabilibus & corruptibilibus: neq; ppterea iudicamus solem inperfectum: quia non potest alium solem generare. nec angelum: quia non potest generare alium angelum.

¶ De cognitione vnius dei: ex scripturarum testificatione.

¶ Secundus modus quo pbamus q deus est vnus: dicitur scripturarum testificatio. Inspiciantur omnes scripture tam veteris q̄ noui testamenti: & inueniemus q deus vn9 vndiq; pclamat̄. vnde Exo. .xx. Non habebis deos alienos. & Deutero. iii. ca. Non est ali9 de9 neq; in celo neq; in terra. & Deutero. iiii. Scito: & cogita in corde tuo: q dominus ipse sit deus in celo sursum: & in terra deorsum: & non sit alius. & Deutero. ix. Audi Israhel: dominus deus tuus vn9 est. & Deutero. xxxii ¶ Videte q ego sum solus: & nō sit alius deus extra me. & .ii. Regum. vii. ca. Magnificat9 es domine de9: quia nō est similis tui: neq; est deus extra te. & .iiii. Regū. xix. ca. Tu es deus solus omniū regū terre. & .ii. Paralipomenon. ii. ca. Magn9 est dominus deus noster sup om̄s deos. & Iudith. ix. ca. Tu es de9 & non est alius preter te. & Dauid psal. xvii. Quis deus preter dominum? aut quis deus preter deum nostrū. & psal. lxxi. Benedict9 dominus deus: qui facit mirabilia magna solus. & psal. lxxxii ¶ Tu solus altissimus in omni terra. & psal. lxxxv. Magnus es tu: & faciens mirabilia tu es deus solus. & Sapiens Ecclesiast. i. Vn9 est altissimus creator omnipotens: Rex metuēdus nimis. & Ecclesiast.

UVA. BHSC. IyR_144

xxxvi. Non est alius deus nisi tu. & Isaye. xli. Ego domin9 prim9 et nouissim9. & Isaye. xlv. ca. Ego domin9 et nō est alius: et extra me non est deus. Et idem habetur de sum. tri. & fi. catho. ca. i. & .xxiii. di. ca. Qui episcopus. & .xlv. di. ca. De Iudeis. & .1. q. i. ca. Hi qui. & ca. Paulianiste. & .xi. q. iii. ca. Ad mensaz. & .xxii. q. iiii. ca. Si quis. & .xxiiii. q. i. ca. Loquitur. & .xxvi. q. vi. ca. Non licet. Et .xxxii. q. v. capitulo Puto.

¶ De cognitione vnius dei ex theologorum ratione.

¶ Tertius modus quo ꝓbamus ꝙ deus est vnus dicitur theologorū ratio: Sunt apud theologos quīq; rationes precipue: quib9 conclu/ditur ꝙ deus est vnus ¶ Prima dicitur potestatis ¶ Secunda: cari/tatis ¶ Tertia: intellectus infinitatis ¶ Quarta: bonitatis ¶ Quīta causalitatis.

¶ De prima ratione theologorum scilicet po testatis dei ad ostendedam dei vnitatem.

¶ Prima ratio dicitur potestatis quam ponit Bonauentura di. ii. i. dicens: Stat enim ista: ꝙ deus sit omnipotentissimus: ergo poterit facere: ꝙ omnis alia potētia a sua nichil possit: ergo si sunt duo dii di uersi i natura: hoc potest vn9 facere de altero: ꝙ alter nichil possit. & econuerso: sed cui potentia potest auferri non est deus. ergo non sunt duo nec plures dii ¶ Hanc rationem tangit Lactantius in pri/mo li. diuinarum institutionum dicens: Sit igitur nostri opis q̄stio illa consequens atq; secūda: Vtrum potestate vnius dei mund9 re/gatur: an ne multorum? nemo est qui deum sapiat: rationemq; secū putet: qui non vnū esse intelligat: qui & condiderit omnia: & eadē qua condidit virtute moderetur. ꝙ enim multis opus est ad mundi regimen sustinendum: nisi forte arbitremur: si plures sint: minus habere singulos neruorum atq; viriū. quod quidez faciūt hi: q mul tos esse volunt: quia necesse est imbecilles esse: siquidem singuli si/ne auxilio reliquorum tante molis gubernaculuz sustinere nō pnt. deus autem qui est eterna mens: ex omni vtiq; pte pfecte cōsuma/teq; virtutis est. quod si verum sit: vnus sit necesse est. potestas eiz uł virtus absolute retinet suam ꝓpriam firmitatem. Id autem soli/dum est existimandum: cui nichil decidere. Ideo perfectum: cui nichil possit accedere. hec ille.

¶ De secūda ratiōe theologorū. s. caritatis ad ostēdēdā dei vnitatē

¶ Secunda ratio ad vnitatez dei ostendendam dicitur caritatis: que ponit ab eodem Bonauentura ut sup̄. Nam si sunt duo dii diuersi:

UVA. BHSC. IyR_144

quorum vterq; est summū bonum: aut vnus diligit alterum ut diligendus est: aut non. si sic: cum vterq; sit summum bonum: vterq; diligendus est amore fruitionis. ergo vterq; fruit altero. sed q fruit alio bono a se: indiget illo: ergo vterq; est indigēs: ergo neuter deꝰ. si vnus non diligit alium: ergo nullus deus.

¶ De tertia ratione theologorum scilicet infinitatis intellectus ad ostendendam dei vnitatē.

¶ Tertia ratio dicitur intellectus infinitatis: hanc ponit Scotus di. .ii. primi dicens: Quia intellectus diuinus est infinitus: Itellectus diuinus cognoscit quodcūq; intelligibile pfectissime: q̄tū est intelligibile in se. Si sunt duo dii: sunt. A. & .B. a. ergo cognoscit. b. pfectissime q̄tum. b. est cognoscibile. sed hoc est īpossibile: quia aut cognoscit. b. per essentiam. b. aut non: si non: & b. est cognoscibile p essentiam: ergo non cognoscit. b. pfectissime: q̄tū. b. ſ. est cognoscibile. nichil enim cognoscibile per essentiam pfectissime cognoscitur: nisi cognoscatur per essentiam suam: vl̄ per aliquid pfectius includens ipsam essentiam: q̄ sit ipsa in se. essentia autem. b. in nullo pfectius includitur q̄ in. b. quia tunc. b. non esset deus. si autem cognosceret. b. p essentiam. b. ergo actus ipsius. a. est posterior naturali essentia ipsius. b. & ita. a. non erit deus. q̄ actꝰ ipsius. a. sit posterior īpo. b. pbo: quia omnis actus cognoscendi qui non est idem obiecto: ē posterior obiecto: neq; enim prior: neq; simul natura erit actꝰ cuius obiecto alio ab actu: quia tunc actus posset intelligi sine obiecto: sicut econuerso.

¶ De quarta ratione theologorū scilicet boni tatis ad ostendendam dei vnitatem.

¶ Quarta ratio dicitur bonitatis: hec est Tho. li. i. contra gentiles ca. xlii. vbi ait: Impossibile est esse duo summe bona: quia quod per suphabundantiam dicitur vni soli conuenit. Sed deus est summum bonum: ergo est vnus solus.

¶ De quinta ratione theologorum scilicet causalitatis ad ostendendam dei vnitatem.

¶ Quinta ratio dicitur causalitatis: que ponitur a Petro de Aquila di. ii. primi. dicit enim sic: Ponatur q̄ sint duo dii: & vnꝰ velit Petrū producere: & alius nō: aut Petrus producetur: aut nō: si sic: ergo ille qui non vult non erit deus. si non: ergo ille qui vult nō erit deus. Si dicas q̄ pepigere pacta. & ita sunt cōcordes: nō valet: quia eiusdem effectus non possunt esse due cause totales in eodem ordine cause.

UVA. BHSC. IyR_144

ſz ifinita potētia ē cauſa totalis effect9 i ratiōe cauſe prime ergo 2c̄.

¶ De cognitione vni9 dei: ex gētiliū & philoſophorū cōfeſſiōe.

¶ Quartus modus quo ꝓbamus ꝙ deus eſt vnus: dicitur gentilium & philoſophorum confeſſio. dicit enim Lactantius li. primo diuinarum inſtitutionum: Poete q̄uis deos carminibus ornauerint: & eorum res geſtas amplificauerint ſummis laudib9: ſepiſſime tamē confitentur ſpiritu vl̄ mente vna contineri regiq̄ omnia. & Ag9. li. viii. de ci. dei inducit Platonem ꝙ ait: Deus eſt vnus ver9 & optimus: qui cuncta precellit. & Ariſt. viii. phiſicorum: Vnum inquit mouens magis q̄ multa oportet exiſtere. & in. xii. metha. Vn9 iq̄t dominatus & vnus princeps. & Lactantius li. primo diuinarū inſtitutionum: poſtq̄ enumerauit opiniones Taletis mileſii: Pictagore: Anaxagore: Antiſcenis: Cleantis: Criſippi: & Zenonis: qui de deo varia ſunt locuti: concludit dicens: Horum tamen ſentētia q̄uis ſit incerta: eodem tamen ſpectat vt ꝓuidentiam eſſe vnā cōſentiāt.

¶ De cognitione vnius dei: ex Idolatrarum ſuperſtitione.

¶ Quintus modus quo ꝓbamus: quo deus eſt vnus dicit̄ Idolatrarū ſuperſtitio. Naz Idolatre ꝙ deos multos ſibi prefecere ſupſtitioſe: quidem: ad talem deuenerunt inſaniam. Nam ut inquit Tho. xxii. .q. xciiii. Aliqui non conſiderantes deum: ſed admirantes pulchritudinem & virtutem creaturarū: ipſas ꝓ deo ſunt veneratī. de qb9 Sapientie. xiii. ca. ſic ſcribitur: Vani ſunt oms homines in quib9 nō ſubeſt ſcientia dei: & de his que videntur bona: non potuerūt intelligere: eū qui ē. neq̄ operibus attendentes: cognouerunt qs eſſet artifex: ſed aut ignem: aut ſpiritum: aut titanez aerem: aut girū ſtellarum: aut nimiam aquam: aut ſolem: aut lunaz: rectores orbis terrarum deos putaueruut. & Euſebius Panphilii: li. primo de euāgelica preparatione inquit Diodorum de prima hominum theologia ſcribentem audiamus: Egiptios ferunt primos omnium: cum in celum oculos ſuſtuliſſent: motum: ordinem: & q̄titates celeſtiuz corporum admiratos: ſolem ac lunaz deos putaſſe. & ibi Plato in cratilo ſic ſcribit ad verbum: Videntur mihi primi grecorū eos ſolūmō deos putaſſe: quos etiam nunc multi ex barbaris colunt ſolez: videlicet atq̄ lunam: tellurem: ſtellas: ac celum. Nam cū ipſa cernerēt: thein ſemper: hoc eſt currere atq̄ reuolui ab hac ipſius thein natura: theos ideſt deos appellarūt. Nōnulli vero moti ſunt ꝓpter ordinatam affectionem ad ſuos: & cū defuncti eſſent: ſtatuas in eorū memoriam dedicarunt: quas cum famuli ad cōplacentiā dominorū

UVA. BHSC. IyR_144

salutare venerariq; cepissent. mox demones illas ingressi: responsa dare ceperunt. quare & statuis diuinus honor est consecrat9. vnde Isidorus li. x. ethimologiaruz refert: q; a Nino orta sunt Idola: mō q; seq̃ Mortuo siqdē Belo patre ei9: Ninus in solatiū doloris fieri fecit ymaginem patris sui: cui multam exhibebat reuerētiā: ꝑinde homines regionis sibi blandiri volentes: diuinos honores ymagini exhibere ceperunt. hoc exemplo: plures caris suis mortuis ymagines ceperunt dedicare. & sicut ab Idolo Beli cetera traxerunt originem: sic ab eius nomine nomina generaliter acceperunt. sicut eiz Belus dict9 ē ab Assiriis: sic & alie nationes scdz ydeomata & liguarum varietates alie Beel: alie Bel: alie Baal: alie Belfegor: alie Belczebuch: eorum Idola vocauerunt. quos itaq; pagani deos dicebāt: homines fuisse monstratur. & ꝑ vniuscuisq; vita vel meritis: apud suos coli ceperūt: vt apud Egiptios Isis: apud Cretā Iupiter: apud Mauros Iuba: apud Latinos Faunus: apud Romanos Quirinus: apud Athenienses Minerua: In quorū laudibus accesserunt poete qui eos in celum cōpositis carminibus extulerunt. Sunt & alia multa que nos breuitatis causa dimittimus: Igitur ut scribitur de summa tri. & fi. catho. ca. i. Firmiter credim9 & simpliciter cōfitemur q; vnus solus est verus deus eternus incommutabilis.

¶ De trinitate personali. Capitulum tertium.

OE altissima trinitate āmodo dicendum erit: qm̄ licet vnam veraciter dei confiteamur naturā: vnāq; substantiaz: tamē tres ī diuinis ꝓsonas fideliter ꝓclamam9. ad cui9 rei plenioreż habendaż noticiā: quinq; de ipsa ineffabili trinitate occurrūt cōsideranda ¶ Primum dicitur naturalis cognitio ¶ Secundum: scripture prenūtiatio. ¶ Tertium: supna reuelatio ¶ Quartum: ꝓsonarum terminatio ¶ Quintum: fidelium obligatio.

¶ De cognitione trinitatis diuinarum personarum.

¶ Primum quod considerandum occurrit de trinitate dicitur naturalis cognitio: vbi videndum est: vtrum per rationem naturalem possit cognosci trinitas personarum diuinarum? & respōdet Alexāder in primo summe: & Tho. prima pte. q. xxxii. q; impossibile ē per rationem naturalem ad cognitionem trinitatis venire: quia homo per rationem naturalem in cognitionem dei venire non potest nisi ex creaturis: creature autem ducunt in dei cognitionem: sicut effectus in causam hoc ergo solum ratione naturali potest de deo cognosci: quod competere ei necesse sit: scdm q; est omniuz entium

UVA. BHSC. IyR_144

principium: virtus autez creatiua dei est cōmunis toti trinitati: vñ ptinet ad vnitatem essentie: non ad distinctionez psonarū. Per ra/ tionem ergo naturalem cognosci possunt de deo ea que ptinent ad vnitatem essentie: non aūt ea que ptinent ad distinctionē psonarū. Qui autem ꝓbare nititur trinitatem psonaruz naturali ratione: fi dei dicitur derogare. Primo quidem q̃tū ad dignitatez ipsius fidei que est: ut sit de rebus inuisibilibus: que rationem humanam exce/ dunt. Secundo q̃tum ad utilitatem trahendi aliquos ad fidem: cuz enim aliquis ad ꝓbandum fidem inducit rationes que nō sunt cogē tes: cedit in derisionem infidelium: qui credunt ꝙ huiusmodi ratio nibus ĩitamur: & ꝓpter eas credam9. Ideo dicit Hilarius li. de tri nitate: Non putet homo sua intelligentia sacramentū generationis & ꝓcessionis se posse consequi. & Dyo9. li. de diuinis nominib9: Nō est inquit audendum dicere aliquid nec cogitare de supsubstātiali occulta diuinitate: preter ea que diuinitus nobis ex sacris eloquiis sunt expressa. Notandum tamen scd̄m Landulphum: in. i. di. iii. ꝙ possumus p ymaginem venire in cognitionez trinitatis in diuinis: non tamen suppositorum: sed pfectionum: ut arguatur sic: Omnis pfectio que est in nobis: eminentius est in deo. Ista concedit̃ a Phō quia concederet ꝙ species superior contineret virtualiter omnem pfectionem inferioris: remota ĩperfectione. sed pfectionis est in nobis mens: noticia: & amor: ergo arguitur esse in deo. Istud acce ptatur a Phō qui in. xii. methaphi. ait: ꝙ in deo est summus intelle ctus: & summū intelligere: & summa voluntas: summe voluptuosa idest gaudiosa. vbi Cōmentator cōmēto. xxxvii. ꝓbat: ꝙ in deo est intellectus: & voluntas: & actus eorum: q̃uis non per additam rez vl̄ intentiooem. hoc idem dicit in fine cōmenti. xxxvi. ꝙ in deo est trinitas perfecta. sed dicit ꝙ hanc trinitatem putauerunt cristiani esse trinitatem suppositorū: & illud ipse negat: sed male negat. hoc dicit Ag9. vii. confessionum: fuisse de mente Platonis. & x. de ci. dei. ca iii. fuisse de mente Porfirii. Concludendum ergo scd̄z Tho maz vbi sup̄: ꝙ philosophi non cognouerunt misterium diuinarum personarū per ꝓpria: que sunt paternitas: filiacio & ꝓcessio. Iuxta illud Apost. prime ad Corin. ii. ca. Loquimur dei sapientiam: quā nemo principum huius seculi nouit. s. philosophorum: scd̄m glosaz: cognouerunt tamen quedam attributa: que appropriant̃ personis: sicut potentia appropriatur patri: sapientia filio: & spiritui sancto bonitas. Si vero aliqs quereret: Ad quid ē ergo necessaria cognitio

UVA. BHSC. IyR_144

trinitatis: si humana ratione cognosci non potest? respondet Tho. q talis cognitio necessaria est nobis dupliciter: Vno modo ad recte sentiendum de creatione rerum. Per hoc eiz quod dicimus deū oia fecisse verbo suo: excluditur error ponentium deum produxisse res: ex necessitate nature. Per hoc autem quod ponimus in eo ꝓcessionem amoris: ostenditur: q deus non ꝓpter aliquam indigentiam produxit creaturas: neq; propter aliquam causam extrinsecam: sed ꝓpter amorem sue bonitatis. Secundo fuit necessaria cognitio trinitatis ad recte sentiendum de salute generis humani: que ꝓficitur per filium incarnatum.

¶ Secundum quod considerandu3 occurrit de trinitate: dicitur scripture prenūtiatio. In veteri namq; lege sepius pluralitas personarum est presignata. Naz scribit genesis primo ca. In principio creauit deus celum & terrā. scdz Nicolaū de lira hebrayca veritas habz In principio beloiz creauit celum & terram: beloim aūt est plurale huius nominis. bel. sicut patz sciētib9 ꝓprietates ideomatis hebrei: per hoc autem q nomen plurale diuinum cōiūgit cum verbo singularis numeri: cuz dicitur creauit beloim: ac si diceretur creauit dii: ostendit scriptura q in deo est aliqua pluralitas in vnitate essentie. & talis modus frequentissime in veteri testamento inuenitur. Sed contra hoc respondent Iudei dicentes: q hoc nomen beloim quādo ponitur ꝓ deo: ꝓprie dicitur: & indifferenter accipitur pro suo plurali & singulari. quando autem de deo vero dicitur: semper accipitur in simgulari. & sic sumitur in ꝓposito: quando dicit: In principio creauit beloim. i. deus. Ad quam solutionem infringendam: arguit Nico9 de lira: ex textu sacre scripture: quia hoc nomen beloim quando ponitur ꝓ deo: & alia nomina diuina dicuntur frequēter de deo vero in plurali: quod patet manifeste: quia cōiūgitur cū adiectiuis pluralis numeri. vnde Iosue ultimo dicit: Non potestis seruire domino: quia dominus ipse sanct9 est. hebrayca veritas hz sic: Non potestis seruire domino: quia beloim sancti ipse est. Item Ihere. xxiii. ca. Peruertistis verba dei viuentis: deum excercituuz dei vestri. Hebrayca veritas sic habet: Peruertistis verba beloim viuentium domini. Et notandum q ibi ponitur nomen dei thetha gramaton: cuz dicitur in auctoritate premissa: domini excercituū vbi enim habemus domini: in hebreo ponitur nomen domini thethagramaton: quod significat diuinam naturam scdm suas ꝓprietates intrinsecas: absq; respectu ad extra. & sic patet: q in intrinsecis

UVA. BHSC. IyR_144

diuinitatis est aliqua pluralitas: per pluralitatem īmediate prece/
dentem: cuz dico in auctoritate ¶ Peruertistis verba heloim: idest
deorū viuentium. & coniūgitur ista pluralitas nomini dei thetha/
gramaton: cum inmediate subditur: domini excercituum 2c̄. Et sic
patet p hoc: q̄ in vnitate diuine essentie est aliqua pluralitas: cum
summa simplicitate: quod nō est in aliis. quia semp vbi scriptura po
nit aliquid denotans pluralitatem personarum: ibidem ostendit es
sentie vnitatem. Itez Isaye. liiii. scribitur sic ¶ Dominabit̄ tui qui fe
cit te: dominus deus excercituū nomē eius: veritas hebrayca sic ha
bet: Dominatores tui: factores tui: dominus excercituum nomen
eius. Inhac auctoritate vbi ponitur de9 excercituum nomen eius:
ponitur nomen dei thethagramaton. & ideo potest argui: sicut ex
precedenti. Similiter hoc nomen heloim frequenter cōiūgitur cuz
verbo pluralis numeri: verbigratia. ii. Re. vii. ca. dicitur: Que est
gens vt populus Israbel in terra: ꝓpter quam iuit dominus ut re/
dimeret sibi populum? hebrayca veritas habet: iuerunt heloim.
¶ Fuit adhuc a ꝓphetis alio modo prenūtiata trinitas psonarū. vnde
psal. xliiii. dicit̄: Sedes tua de9 ī seculū seculi: virga directionis virga
regni tui. Propterea vnxit te deus deus tuus. scd̄z Nicolaū de lira
super. i. ca. ad Hebreos: In hac auctoritate exprimitur Crist9: tā q̄̃
deus vnct9: quia in humanitate vnctus est plenitudine gratie ¶ Ex
primit̄ p hoc deus vngens: tanq̄̃ psona distincta ab ipso vncto: quia
scriptura de ipso vngēdo loquitur tanq̄̃ de alia psona. Insup ex pte
dei vngentis duplicatur hoc nomen deus: cuz dicitur: vnxit te de9
deus tuus. ad denotandum personam patris & spiritus sancti ¶ Sed
moderni Iudei exponūt hunc psal. de Assuero: & dicūt: q̄ iste psal.
factus est a Mardocheo. sed hoc patet falsum: Primo quia nō inti/
tulatur a Mardocheo: sicut alīq psalmi intitulant̄ ab Asaph: qui eos
fecit: vt patet in titulo psalmi. xlix. & in plurib9 aliis locis. Iste aūt
psalmus intitulatur a Dauid: vt patet in hebrayco: hoc etiam patz
per litteram psal. sequentis: quia iste Rex de quo est psalm9: habet̄
tanq̄̃ deus adorandus: scd̄m q̄ ibidem dicitur. Concupiscet Rex de
corem tuum: quia ipse est dominus deus tuus: & adorabunt eum.
Si aūt ista verba dicantur de Assuero Rege: seqtur q̄ Mardoche9
induceret totum popolum: & ipsam Hester ad quam diriguntur
verba premissa: scd̄m expositionez eorum: ad adorandum Assuerū
sicut deum: quod manifeste patet falsum. quia in eodem libro dicit̄
q̄ noluit flectere coram Aaman: ne honorem dei transferret in ho

UVA. BHSC. IyR_144

minem. hoc etiam patet p translationem caldaicam sup psal. istū: q̄
auctētica est apud hebreos: vbi enim in hoc psal. habemus sic: Spe/
ciosus forma pre filiis hominū: diffusa est gratia in labiis tuis. Cal/
daicum sic habet: Pulchritudo tua messia maior q̄ filioruȝ hominū:
Datus est spiritꝰ pphecie in labiis tuis. Sic ergo patet ex predictis
q̄ auctoritas que hic inducitur de illo psal. ad litterā intelligitur de
Christo. Item ostenditur pluralitas personarū in psal. cix. Dixit do
minus domino meo zc̄. qui ad litteram de Christo est intelligendꝰ.
Sed Iudei aliqui dicunt: ipsum debere intelligi de Habraam: & q̄
Eliezer eius dispensator fecit illum ad reddendum gratias deo: de
victoria quam habuit Habraā cōtra illos Reges: q̄ captiuauerant
Loth nepotem suū: scdȝ quod habetur gen̄. xvi. ca. sed hoc patȝ fal
sum ex titulo psalmi: quia non intitulatur ab ipso Eliezer: sed a Da
uid. Ideo dicunt alii: q̄ est factus a Dauid: non tamen loquitur de
Christo: sed de angelo suo: vt sit sensus: Dixit dominus domino meo
idest angelo me custodienti. sed hoc patet falsum: quia infra dicit̄:
Tu es sacerdos in eternum. sacerdotiū vero non competit angelis:
ideo scdm Nicolaū de lira sup epistolam ad Hebreos dicēdū. q̄ ad
litteram est psal. factus a Dauid loquens de Christo: & hoc p trās la
tionem caldaicam: quia habemꝰ: Dixit dominus domino meo: Cal/
daicum sic habet: Dixit dominus verbo suo. Item ex illo quod seq̄t̄
Ex vtero ante luciferum genui te. quod non potest alicui compete
re nisi filio dei. & per has conditiones q̄ dicitur hic verbum dei: &
ex vtero & dei substantia ostenditur vnitas essentie: quia diuinitas
plurificari non potest. Per hoc enim quod dicitur: genitus de sub/
stantia dei: ostēditur distinctio psone: quia nulla res gignit seipsaȝ.
Similiter p hoc quod dicitur sede ad dexteram dei: vna eniȝ psona
non potest sedere ad dexteram suiipsius. Insup ostenditur pluralī/
tas psonarum: Isaye. xlviii. ca. vbi dicit̄: Non a principio in absco
dito locutus sum. ex tempore: anteq̄ fierent ibi eram. & nunc dñs
meus misit me: & spiritꝰ eius. Ista sunt verba dei loquētis: quod pȝ
ex textu precedēti. & similiter ex hoc: quod īmediate subdit̄: Hec
dicit redemptor tuꝰ sanctꝰ Israbel. In hac auctoritate loq̄t̄ de da/
tione legis: que data fuit in manifesto: & de die: & audiente omni
populo vocem dei loquentis: vt habet̄ Exodi. xix. & xx. ca. & hoc
est quod dicit: Non a principio locutus suȝ in abscondito: idest ipsa
lex fuit data. & īmediate subdit: & nūc dominus meus misit me: &
spiritus eius. hic deus dicit se messiam a deo: & a spiritu eius. Nunc

UVA. BHSC. IyR_144

aūt est ita: q̄ inter mittentez & missum: debet esse semi distinctio psonalis: quia trinitas p̄sonarum est in diuinis. s. missi dei mittētis: & spiritus eius. deum autem missuz dicimus filium incarnatū: deū mittentem patrem: & spiritum eius spiritum sanctum. Adhuc pre nūtiata fuit trinitas p̄sonarum diuinarū: Isaye. vi. ca. vbi dicitur: ¶ In anno quo mortuus est Rex Ozias: vidi dominum: sedentez sup solium excelsum: & eleuatū: & ea que sub ipso erant replebāt tēplū. ¶ Seraphin stabāt subter illud: sex ale vni: & sex ale alteri. & ifra clamabant alter ad alterum: Sanct9: Sanct9· Sanct9 dñs deus excercituū: Plena est omnis terra gloria eius. Et in psal. dicitur: Bñdicat nos de9 de9 noster: bñdicat nos de9. vbi ter hoc nomē de9 replicat. ¶ Tertium quod occurrit considerandum circa trinitatem: dicitur supna reuelatio. Naz in noua lege: ut dicit Alexāder in primo summe: Manifestata est trinitas p̄sonarū: non solum scd̄m numeruz & distinctionem: sed etiam scd̄m originem & ꝓprietatē: que persona prima a nullo est pater: & secūda genita filius: & tertia spirit9 sanctus. vnde Iohannis. 1. cano. ca· v ¶ Tres sunt qui testimoniuz dant in celo: pater: verbum: & spiritus sanctus: hi tres vnum sunt. Itez Cristus dixit Math. Euntes docete gentes: baptizantes in nomine patris & filii & spiritus sancti. Iterum in baptismo: Cristus apparuit in assumpta carne: pater in voce: spiritus sanct9 in columbe specie. vt patet Luce. iii. ca. & Mathei. xvii. Pater apparuit in voce: filiꝰ in assumpta hūanitate: & spirit9 sanct9 in nube. Sciēduz aūt hic scd̄m Alexandrum in primo summe: q̄ apparitio aliquando dicit̄ manifestatio: facta in aliquo effectu intelligibili: oblato intellectui. & sic sumitur sapientie primo ca. vbi dicitur: Apparet autem bis qui fidem habent in illum ¶ Aliquando vero dicitur manifestatio in aliqua similitudine corporali oblata imaginationi: & hoc modo dicitur angelus apparere in somnis: Math. ii. ca. & etiaz ipse dominus Danieli: Danielis. vii. ca. Aspiciebam in visu noctis. & Salomoni. iii. Reguz. ii. ca ¶ Tertio modo dicitur apparitio manifesta tio in aliquo signo sensibili representato sensui: siue illud signum sit visibile: siue sit audibile: & hoc modo apparuit pater in nouo testamento: vt patet Math. xvii. & Io. xii ¶ Quarto modo dicitur apparitio manifestatio facta in aliqua similitudine corporali sensibili oblata visui: & sic visitatiori modo dicitur apparitio. Et sic dicitur q̄ apparitio nō solū dicit̄ manifestatio ī signo visibili: sed etiā audibili. Si autem queratur: quare nō apparuit spiritus sanctus in aliq̄ voce

UVA. BHSC. IyR_144

siue signo audibili: vel etiam filius' dicit Alexander: q congruitas fuit: ut sicut erat distinctio in psonis: ita esset distinctio in signis exprimentibus personas. vñ filius apparuit in rationali creatura sibi vnita vnitate psone. Spiritus sanctus in irrationabili creatura: non vnita sibi vnitate psone. Pater vero in voce: tanq̃ in signo distincto ab vtroq. Sed quãdo spiritus sanctus solus apparuit: tũc apparuit vtroq mõ scilicet in sono: tanq̃ in signo audibili: & in linguis igneis tanq̃ in signo visibili.

¶ Quartum considerandum dicitur personarum terminatio: Sunt enim in diuinis tres tantum persone. Sed quidaz arguũt contra sic: ¶ Quicquid est in deo: est infinitum: sed numerus psonarũ est in deo ergo infinitas: ergo infinite psone. Ad hoc respõdet Bonaventura in primo di. ii. q cum duplex est infinitas. s. numeralis: & imensitatis. deus est infinitus infinitate virtutis & inmensitatis: que est infinitas pfectionis: & ideo ponenda in deo. Infinitas autem numeralis: quia repugnat perfectioni: a deo est amouenda. Naz cuz deo sit attribuendum quod nobilius est: necesse est ponere personarum finitatem: Primo ratione distinctionis: quia in personis est distinctio ergo non confusio. sed vbi est infinitas: ibi confusio. Secundo ratione ordinis: quia vbi est ordo: ibi est terminatio. Naz vbi deficit terminatio: ibi deficit & mediatio: & p consequẽs ordo. sed vbi est terminatio non est infinitas. ergo si in psonis diuinis est ordo: non erit ibi infinitas. ¶ Dicimus ergo & confitemur tres tantũ psonas in diuinis: neq confundentes psonas: neq substantiam separantes. quia ut dicit Athanasius: Alia est enim persona patris: alia filii: alia spiritus sancti. sed patris & filii & spiritus sancti vna est diuinitas: equalis gloria: coeterna maiestas. q̃lis pater: tal' filius: tal' spirit9 sanct9.

¶ Quintum quod erat considerandum circa trinitatem diuinarum personarum: dicitur fidelium obligatio. vbi videre debemus: vtrũ credere explicite misterium trinitatis sit de neceessitate salutis. & respondet Tho. xxii. q. ii· q misteriũ Cristi explicite credi non potest sine fide trinitatis: quia in misterio Cristi hoc continetur q filius dei carnem assumpserit: q per gratiã spiritus sancti munduz renouauerit: & iterum q de spiritu sancto cõcept9 fuerit. Et ideo eo modo quo misterium Cristi ante Cristum fuit: quidem explicite creditum a maioribus: implicite autem & quasi obumbrate a minoribus. ita etiam & misterium trinitatis. Post tempus autez gratie reuelate: tam maiores: q̃ minores tenẽt habere fidẽ explicitam

UVA. BHSC. IyR_144

de miſteriis Criſti precipue: q̃tum ad ea: que cōmuniter in eccleſia ſolemnizantur & publice. Ita etiam poſt tempus gratie diuulgate tenentur omnes ad explicite credendū miſteriū trinitatis. Quare erigamus oculos mentis noſtre: & deum benedictum colamus ho/nore debito: ut ſic digni efficiamur gratia eius: per quam tandem adipiſcamur eternam gloriam. Amen.

Sermo decimuſnonus de honore & reuerentia deo exhibendis & debitis.

ERrant grauiter circa cultū dei criſtiani: qui tanto ſunt reprehenſibiliores: q̃to veritas eis eſt magis nota. Oīs vtiq; natio magis reuerenter deos falſos colit: q̃ criſtia/nus populus deum Regem celi. Idcirco ut deus nobis ꝑpicius & miſericors fiat: de honore ſibi debito in hoc ſermone di/cemus: in quo triplex honor diſtinguendus eſt. Primus conſiſtit in ſacrorum locorum veneratione. Secundus: in ſacrarum ꝑſona rum exiſtimatione. Tertius: in ſacrarū cerimoniarū ꝑſolutione.

De primo honore deo debito: qui conſiſtit in ſacro rum locorum veneratione Capitulum primum.

PRimus honor qui deo debetur: conſiſtit in ſacroruꝫ locorū veneratione: Debent vtiq; omnes venerari loca ſacra deo dicata: ita ut in eccleſiis vnuſq;ſq; ingrediatur: cōmoretur: & exeat: cum deuotione: humilitate: timore: & reuerentia. & hoc propter tria. Primo: propter dei maieſtatem. Secūdo: propter vtilitatum. Tertio: propter exemplaritatem.

Primo debet vnuſq;ſq; venerari templa dei ꝑpter eius maieſtatē Naꝫ ut dicitur in pſal. Domin9 in templo ſancto ſuo. & Apocalip$ xxi. Ecce tabernaculum dei cuꝫ hominibus. Sed poſſet aliquis obi/cere: q; nō ſit aliquis locus deputatus ad cultum dei: quia ut dicitur actuum. xvii. ca. Deus qui fecit mundum: & omnia que in eo ſunt: hic celi & terre cum ſit dominus: nō in manufactis templis habitat: nec manibus humanis colitur indigēs aliquo. &. iii. Regū. viii. ca. Salomon dixit: Si celum: & celi celorum te capere non poſſunt: q̃to magis domus hec: quam hedificaui tibi. Ad hoc reſpondet Tho. i. .ii. q. ciii. &. xxii. q. lxxxiii. q; in adoratione dei & orationibus fien dis: duo cōſiderari poſſunt: Aut deus qui colitur adoratur & oraṫ. & ſic nō eſſꝫ aliquis locus ad adorandū neceſſarius. Aut conſiderāt

UVA. BHSC. IyR_144

ipſi homines colentes deum: & ſic determinatus locus eligitur: ad adorandum: non ꝓpter deum qui adoratur: quaſi loco concludatur: ſed ꝓpter ipſos adorantes: & hoc triplici ratione. Primo quidem ꝓpter loci conſecrationem: ex qua ſpirituale3 deuotionē concipiūt orantes: ut magis exaudiantur. ¶ Secundo ꝓpter ſacra miſteria: & alia ſanctitatis ſigna: que ibi continentur. ¶ Tertio ꝓpter cōcurſu3 multorum adorantium: ex quo fit oratio magis exaudibilis. ſcd̄m illud Math. xviii. ca. Vbi ſunt duo vel tres in nomine meo congregati: in medio eorum ſum. Ideo eccleſia ad diuinum cultū deputat̄: Ex quo multipliciter nominatur. ſ. Baſilica: templum: tabernaculū: eccleſia & dom9 dei. Primo dicitur Baſilica: vt habetur di. xlii. ca. Non oportet: vbi dicit Archidiaconus: ꝙ Baſilica dicitur palacium Regis. Baſileos enim grece latine Rex interpretatur. vnde Baſilica dicitur quelibet eccleſia: quia palaciū eſt ſummi Regis: & Regi regum miniſtratur. Quidam tamen dixerunt eccleſias epiſcopales tantum dici Baſilicas: quia huiuſmodi Reges conſueuerunt fundare: & dotare: ſcd̄m Huguitionem. vel Baſilica dicitur a Baſileo Rege grecorū: ꝙ primo ſe fecit ſepelirī apud eccleſiā: ſcd̄z Iſidorū. ¶ Secundo: eccleſia dicitur templum. & ſcd̄z Archidiaconum: tēplū dicitur quaſi tectum amplum: quia populus ibi ſub vnius tecti amplitudine continetur. & ꝓprie templa ſunt maiores eccleſie. vel tēplum dicitur a contemplando: quia hoc ibi fieri debet. ¶ Tertio: dicitur eccleſia: vt de. ix. di. i. ca. Eccleſia. que interpretat̄ collectio ſeu conuocatio. vbi dicit Archidiacon9: ꝙ ideo dicitur conuocatio: quia continet populum conuocatum a deo. vbi autez cōueniebat populus Iudeorum dicebatur: & adhuc dicitur ſynagoga: que interpretatur congregatio: quia verba legis que aſpera erāt & dura: populus ille velut grex pecoruz cōgregabatur. Sed in catholicis aduatio dicitur: eccleſia: ideſt conuocatio vbi conuenit: quia amore ſpiritus ſancti ad vnam fidem: & premiū futuri ſeculi vocat̄. ¶ Quarto: eccleſia dicitur tabernaculum: qnod eſt militare habitaculū. vñ Dauid in pſal. Tranſibo in locū tabernaculi admirabilis: uſq; ad domum dei. ideſt ab eccleſia militāte uſq; ad eccleſiam triumphantez. quia eiz milicia ē vita hominis ſup terraz: ideo eccleſia vbi adunatur populus militans: non habens hic ciuitatē manentez: dicit̄ etiā apte tabernaculum. ¶ Quinto: eccleſia dicit̄ dom9 dei. vt patz Iohānis. ii. & Math. xxi. ca. & de re. & vene. ſanctorum ca. Domuz dei. li. vi. Vnde & Paralipomenon ca. vii. Poſt conſtructionē tēpli apparuit

UVA. BHSC. IyR_144

dñs Salomoni nocte in templo: & ait: Audiui orationem tuam: & elegi locum istum mihi in locum sacrificii: Si clausero celum & pluuia non fluxerit: & mandauero: & p̄cepero locuste ut deuoret terram: & misero pestilentiam in populum meum· Conuersus autem populus meus: sup quo inuocatum est nomē meum: deprecatus me fuerit: & exquisierit faciem meam: & egerit penitentiaz a viis suis pessimis: & ego exaudiam de celo: & ꝓpiciatus ero peccatis eoruz: & sanabo terram eorum: oculi quoq; mei erunt apti: & aures mee erecte ad orationem eius qui orauerit in loco isto. Elegi eiz & sanctificaui locum istum: ut sit nomen meum ibi in sempiternum: & ꝑ maneant oculi mei: & cor meum ibi cunctis diebus. Igitur cū summa reuerētia quilibet in ecclesiis adesse debet· vnde in prefato ca. Domū. dicitur: Domum domini decet sanctitudo: decet: ut cuius ī pace factus est locus eius: cultus etiaz sit debita veneratione pacifi cus. Sit itaq; ad ecclesias humilis & deuotus ingressus: sit in eis deuota conuersatio: deo grata: inspicientibus placida. & Ag9. xlii. di. ca. In oratorio. inquit: In oratorio preter orandi & psallendi cultū penitus nichil agatur: vt nomini huic & opera iugiter impensa concordent. ¶ Sed ve mundo a scandalis: quia hodie in dei templis nulla seruaꝫ modestia: nulla honestas: nulla religio: quinymo ibi abundant risus: ioci: spectacula vana: & alia q̄plura nephanda. O pernicioſa consuetudo: O detestabiles mores cristianorum maloruz: qui templa dei ita inhabitant: quasi essent vilissima lupanaria.

¶ Secūda ratio: quare dei templa sunt merito veneranda est ꝓpter vtilitatem. In illis namq; suscipimus spiritualia beneficia: ibi recipimus sacramenta: ibi sepelimur post mortem: reseruantes corpora usq; ad generalem resurrexionem. Propterea inquit psal. Suscepimus deus misericordiam tuam: in medio templi tui ¶ Hinc est q̄ ecclesia fundatur cum preeminentia: quia null9 eaz hedificare potest nisi auctoritate diocesani: qui debet ponere primarium lapidem: figere crucem: designare simiterium: & etiam petere dotem sufficientem assignari: sine qua consecrari non debet: vt patet de conse. di. i. ca. Nemo. & ca. Placuit. Insup ecclesia consecrata non debet reuerti ad secularem habitationem: & ꝓphanos vsus. xix. q. iii. ca. Que semel. & ca. Quoniam. xvii. q. ul. ca. Quesisti. extra de religioſ domibus ca. Adhuc ¶ Tertia ratio q̄re venerāda sunt dominica tēpla dicit exēplaritatis. Non solum eniz a sanctis docemur exemplo vt veneremur dominica templa: sed offerunt se gētilium exempla

UVA. BHSC. IyR_144

qui ſuorum Idolorum templa diligentiſſime honorare ſtuduerūt. vnde Valerius li.primo rubrica de religione recitat:qualiter Fabius quia queſtiones audiuit in templo:dicturam amiſit.nam nulla melodia: & nullus ſonus in templo eſſe debebat: niſi ꝑ laude deorū Iterum in rubrica de neglecta religione narrat: ꝙ quidaꝫ nomine Flaccus Cenſor exiſtens:a quodaꝫ templo:quod erat in ciuitate Calabrie: tegulas marmoreas fecit remoueri:& Romam in ꝓpria domo fecit portari: ꝓpter quam cauſam demens fuit effectus. Inſup duos filios pdidit.quod factū poſtmoduꝫ Senatus retexuit: & emē dauit:tegulas ad templum reportari iubendo. Inſup ibidem ponit ꝙ quidam Poſtumus nomine: a Scipione dum eſſet in Aſia: Romā pro militum erario ſiue ſtipendio fuit miſſus:qui dum in Aſiam reuerteretur: Proſerpine templum expoliauit theſauro. quod ut Senatui fuit intimatuꝫ:ſtatim ꝑ Senatū reuocatus: & in carcere clauſus fuit. In quo detentus: aⁿ̃q̃ examinaretur ſua cauſa:crudeli morbo valde ut pote demens & furioſus obiit. Deaq; Proſerpina Senatus edicto Poſtumi ſibi confiſcatum theſaurum ſuuꝫ rehabuit. ¶Iſti itaq; ſuo modo miram exhibere contendebant reuerentiam tēplis falſorum deorum. Quanto magis & nos reuerenter tractare debemus templa dei. Nam & dominꝰ Ihesus criſtus in nullo ita ſeuerꝰ apparuit:ſicut dum in templo inuenit vendentes & emētes:quorū mēſas euertit: ꝓiecitq; pecunias: & flagello facto de funiculis:eos eiecit a templo: dicens: Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

¶De ſecundo honore deo debito:in ſacrarum perſonarū exiſtimatione Capitulū ſecunduꝫ.

SEcundus honor qui deo debetur:conſiſtit in ſacrarū ꝑſonarum.ſ.ſacerdotum exiſtimatione. Eſt enim ſacerdotalis dignitas excellentior quacūq; dignitate temporali. Quod ꝓbare poſſumus tripliciter. ¶Primo:ratione. ¶Secūdo:auctoritate. ¶Tertio:exēplo ¶Primo oſtendimꝰ ꝙ dignitas ſacerdotalis excellit omnem dignitatem tēporalem:ratione:que triplex eſſe poteſt ¶Prima ratio dicit̃ ſignificationis. ¶Secunda: inſtitutionis. ¶Tertia:conditionis ¶Prima ratio dicitur ſignificationis. Nā ſacerdos ſcd̄m Iſidorū li.vii.ethimologiarum:dicitur:quaſi ſacer dux:vel ſacra dans. Ratio autem iſtius duplicis iterpretationis ſcd̄ꝫ Tho.in .iiii.di.xxiiii.eſt:quia per miniſterium ſpirituale:ſacerdos eſt medius inter deum & populum: Nam ipſe diuina nūciat:& miniſtrat

UVA. BHSC. IyR_144

populo: & vota populi offert deo. Dicitur etiam sacerdos: q̃si sacra dans. Sacra aũt dare potest aliquis duobus modis: vel auxiliando: vel sacramenta dispensando. Primo modo quilibet iustus: in q̃tum sacra sua merita dat: vl̃ cõmunicat aliis auxiliando: interpretat̃ sacerdos. Secũdo modo nomen sacerdotis est institutum: ad significãdum eu3 qui sacra dat: in sacramẽtorum dispensatione. & sic ille qui est in gradu ordinis constitutus dicitur sacerdos. Ob id in scripturis sacerdotes nominant̃ aliquando dii: aliqñ angeli. vt dicit̃. xi. q. i. ca. Sacerdotibus. vnde & ad Moysen: de eo qui ad iuramẽtũ deducendus est: dicitur: Applica illũ ad deos. i. sacerdotes. & rursus scriptum est: Diis non detrahes. i. sacerdotibus. Et ꝓpheta ait: Labia sacerdotis custodiũt scientiam: & iustitia3: & lege3 requirũt ex ore eius: quia angelus domini est. ¶ Secunda ratio ostendens sacerdotalem dignitatem: dicitnr institutionis. Nam sacerdotium precessit legem scriptam. quia in veteri testamento primus sacerdos qui iubẽte domino victimas obtulit: fuit Melchisedech. sicut pat3 geñ. xiiii. ca. Demum ꝑ sacerdotiu3 iubente domino Regia potestas est ordinata. vnde primi Re. viii. ca. Dixit deus ad Samuelem sacerdotem: Audi vocem eorum. s. filiorum Israhel petentium Rege3: & constitue sup eos Regem. Hinc est ꝙ spiritualis auctoritas terrenam potestatem habet instituere: ut sit: & iudicare: si bona nõ sit. Quod ꝓbat̃ ꝑ Apostolum Paulum dicentem prime ad Chorinth. ca. vii. Nescitis quonia3 angelos iudicabimus: q̃to magis secularia. Et idẽ in ca. Per venerabilẽ. extra: Qui filii sunt legitimi. &. viiii. .q. iii. ca. Nemo. & ca. Aliorum. ¶ Tertia ratio ostendens dignitatem sacerdotalem dicit̃ conditionis. Est enim sacerdotalis dignitas spiritualis. & ideo quanto spiritus nobilior est corpore: tanto sacerdotalis dignitas nobilior est quacũq; dignitate tẽporali. sicut patet extra de translatione Episcopi & electi. ca. Inter corporalia.

¶ Secundo ostenditur dignitas sacerdotalis: que excedit omnem dignitatem temporalem auctoritate. De sacerdotibus enim dicitur Isaye. lxi. ca. Vos sacerdotes domini vocabimini ministri domini dei nostri dicet̃ vobis. & prima Petri. ii. ca. Vos estis gen9 electũ regale sacerdotium: gens sancta: populus acquisitionis. &. xcvi. di. ca. Duo. scribitur: Auru3 non tam preciosius est plumbo: q̃ Regia potestate sit ordo sacerdotalis altior. & eade3 di. ca. Quis dubitet. Quis dubitet sacerdotes Cristi Regum & principum omniũq; fideliũ patres & magistros cẽseri. ꝓpterea. vi. q. i. in ca. Sacerdotes.

UVA. BHSC. IyR_144

dicitur: Sacerdotes q̄ ꝓprio ore corpus domini conficiunt: ab oīb9 sunt timendi. &. iii. q. i. ca. Nulli. Dominum crucifigunt: qui eum in suis sacerdotibus p̄sequū̄t. &. xi. q. iii. ca. Absit. Antherius papa ait: Absit ut quic̄q̄ sinistrum de his arbitremur: qui apostolico gradui succedentes cristi corpus sacro ore conficiunt: per quos nos cristiani sumus: qui claues regni celorum habentes: ante iudicii diem iudicant. In veteri quoq̄ lege habetur. Quicūq̄ sacerdotibus non obtēperasset: aut extra castra positus lapidabatur a populo: aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore. ¶ Et. xvi. q. i. ca. Si clericatus. Hiero9 ait: Non est humilitatis mee neq̄ mensure iudicare de ceteris: & de ministris ecclesie sinistrū quippiam dicere. ¶ Tertio ostenditur dignitas sacerdotalis exemplo. Cristianissimi eīz Imperatores sacerdotes honorare semp studuerunt. sicut patet de Theodosio Imperatore: de quo legit̄ in historia triptita: q̄ cum apud Tessaloniam ciuitatem quidam iudices fuissent lapidati. xi. .q. iii. ca. Cum apud Tessalonia3. Indignatus Theodosius: omnes pariter iussit interimi: vbi septē milia sunt occisi: nullo precedente iudicio. Huiusmodi aūt cladem plenam gemitibus audiens beatus Ambrosius: cum princeps venisset Mediolanum: & solemniter in sacrum voluisset intrare templum: occurrit sanctus Episcopus foris ad ianuas: & ingredientem his sermonib9 a sacri liminis incessu ꝓhibuit. Nescis miser Imperator ꝓpetrate a te necis quanta sit magnitudo. neq̄ post causam tanti furoris mens tua molē p̄sumptiois agnoscit? Sed forte recognitionē peccati ꝓhibet potestas Imperii: decet tamen vt vincat ratio potestatez. Quibus igit̄ oculis aspicies cōmunis domini templum: quibus calcabis pedibus sanctum illius pauimentum? quomodo manus extendes: de quibus adhuc sanguis stillat iniustus. Recede recede igitur: ne secundo peccato priorem nequiciaz augere contendas? His sermonibus Imperator obedīēs: erat enim diuinis eruditionib9 enutritus: & aperte sciens que sunt ꝓpria sacerdotis: que Regum: gemēs & deflens ad regalia remeauit. Cumq̄ octo mensium transissent tempora: appropiquauit natiuitatis Saluatoris nostri festiuitas: Impator aūt lamētationib9 assiduis in palatio residens: continuas lacrimas incessabiliter expendebat. Ingressus autem Rufinus tūc magister militum & singularez apud principem fiduciam habens: & videns principem in lamentationibus prostratum: accessit: ut lacrimaruz causas inquireret. At ille vehementius ingemiscens: & amarissime lacrimas fundēs: Tu

UVA. BHSC. IyR_144

inquit Rufine ludis: & mea mala non sentis. Ego autem lamentor & gemo calamitatem meam: quia seruis quidem dei & mendicanti bus aperta sunt templa dei. At Rufinus ad Ambrosiuꝫ perrexit. Cui Amborsius ait: Impudentiam canum imitatus es Rufine: tāte videlicet necis auctor existens: Ego dico tibi: quoniam Imperato/ rem ingredi sacra limina ꝓhibebo: Hec & alia plurima Rufin9 au diens: Impatori nunciauit votum Antistitis. At Impator in media iam platea: ꝓgo inquit: ut iustas in facie suscipiā contumelias. Cūqꝫ ad sacra limina pueniſſet: in sacram quidem Basilicam nō ꝑsumpsit intrare: sed veniēs ad antistitē supplicabat: vt eius vincula resolue ret. Cui Ambrosius: Quam penitentiam ostendisti post tātas iniq tates? Cui Theodosius: tuum est docere: meū vero suscipere. Cui Ambrosius iniunxit: ut legem conderet: ne sentencia mortis ferri posset animo irato: sed transacto triginta dieruꝫ numero: Quod & fecit. Sicqꝫ cum lacrimis & deuotione templum tandem ingressus est. in cunctis reuerenter se habens erga sacerdotem Ambrosium Quid fecit constantinus? de quo ē textus. xcvi. di. ca. In scripturis. & ca. Constantin9. Quid reliqui omnes cristiani Reges: vl' Impe/ ratores? Omittamus omnia q̄ repetere longum foret. Inspiciam9 dominū Ihesum cristuꝫ: de quo dicit Cipr̄ianus. xciii. ca. Domin9. Dn̄s noster Ihesus cristis Rex & iudex: usqꝫ ad passionis horā ser/ uauit honorem pontificibus & sacerdotibus. Nam cum leprosum mūdasset: dixit eidem: Vade ostende te sacerdoti. sacerdotē adhuc appellans: quem sciebat esse sacrilegum. Item cuꝫ subditus passioni alapam accepisset: nichil contumelioſe locutus est: in ꝑsonam ponti ficis: sed sic magis innocentiam suam tutus est dicens: Si male locu tus sum: testimonium ꝓhibe de malo: si autem bene: cur me cedis? Hec igit̄ ab eo humiliter & patiēter facta sunt: ut nos humilitatis & patiētie exēplū haberem9. Sed hodie pleriqꝫ de illis sunt: de qb9 dicitur. i. q. i. ca. Multi. Multi secularium cum plus sacerdotuꝫ vi tam q̄ suam conspiciūt: in magni contentionis sacrorum crimen in/ currunt. Magna enim trabe vulneratos oculos habentes: festucaꝫ in alienis conspiciūt oculis: quam dum incaute euellere festinant: in erroris foueam dilabuntur.

¶ De tertio honore deo debito: in sacrarum cerimo niarum obseruatione: Capitulum tertium.

TErtius honor qui deo debetur: consistit in sacrarū cerimo/ niarum obseruatione. Nam vt dicit Tho. xxii. q. lxxxviii.

UVA. BHSC. IyR_144

Deum & ſi non ratione ſui: ratione noſtri etiam corporaliter reue
reri debemus: tum vt p corporales mot9 excitemus mentē noſtrā:
tum vt deum ſcdm vtramq; naturam noſtram honoremus. Vnde
Iohannes damaſcenus inqt: Quia ex duplici natura cōpoſiti ſumus:
ſcilicet corpali: & ſpirituali: duplicez deo honorez referre debem9.
Conſiſtit autem hic honor in tribus. ¶ Primo: in capitis inclinatiōe.
¶ Secundo: in incuruatione ¶ Tertio: in genuflexione.
Primo conſiſtit honor in capitis inclinatione: & ſic ſtatuit eccleſia:
ut cum nominatur nomen Ihesus in eccleſia in miſſis & diuinis offi
ciis omnes reuerenter inclinent caput. Vñ de conſecratione eccle/
ſie. li. vi. in ca. Decet. dicitur: Conuenientes in eccleſia nomen illud
quod eſt ſup omne nomen: nomē videlicet domini noſtri Ihesu cri/
ſti exhibitione reuerentie ſpiritualis attollant: & ita flectāt genua
mentis: quod vel capitis inclinatione proteſtentur.
¶ Secundo conſiſtit honor dei in incuruatione ¶ Habet hunc vſuz ec
cleſia vt in diuinis officiis: cū gloria patri & filio & ſpiritui ſancto
decātat in fine pſalmorū: oms corpus incuruant ſimul cum capite.
¶ Tertio conſiſtit hic honor in genuflectione. Genuflectimus nāq;
cum adoramus corpus Criſti: in omnibus moribꝰ huiuſcemodi ꝓfi
tentes nos ſubditos deo. qui eſt bñdictus in ſecula ſeculorū Amen.

¶ Sermo viceſimus de pacientia: que omnibus eſt neceſſaria
ꝓpter cōmunes paſſiones quibus infeſtat humanū genus.

PEr pacientiam curramus ad ꝓpoſitum nobis certamen.
Doctoris gentium verba ſunt iſta: ad Hebreos. xii. ca.
Poſt lapſum primorū parentum: adeo humanuz genus
paſſionibꝰ eſt vexatum: ut nullus vnq; in hac vita inueni
ri poſſit omnino quietus: Inſurgunt vndiq; mala: vndiq; tēpeſtates
vndiq; afflictiones: laborioſeq; cure: Accidūt & ſepe multa aduer/
ſa nolentibus & inuitis: neq; aliter aduerſus fortune impetus & in/
curſus: repentinoſq; motus: niſi ferendo: & equo animo tollerādo:
tuti eſſe valemꝰ. Superāda ait Virgilius omnis fortuna ferēda eſt.
¶ Hoc autem maxime operatur pacientie virtꝰ: que omnibꝰ neceſſa
ria eſt: ſine q̄ ſuccūbit mens: & deficit animus: cuz aliquod ſiniſtrū
accidere viderit. Ea ꝓpter in hoc ſermone de pacientia erimꝰ tra/
ctaturi: de qua tres conditiones faciemus. ¶ Prima eſt de eius de/
ſcriptiōe ¶ Secūda de eiꝰ determinatiōe. ¶ Tertia: de eiꝰ acq̄ſitiōe.

UVA. BHSC. IyR_144

¶Quid ſit patiẽtia? & de multiplici eius acceptione. Ca. primũ.

QRima cõſideratio eſt de patientie deſcriptione: in qua qd ſit patientia oſtendem9. Et Lactãtius. v. li. diuinarũ inſtitutionũ ad hec ſic dicit ¶Patientia eſt malorum que aut inferuntur: aut accidunt: cum equanimitate platio. & Tullius in rhetorica eandem ſententiam logt̃ ſub aliis verbis dicens: Patientia ẽ honeſtatis aut utilitatis cauſa rerum difficiliũ & arduarum volũtaria ac diuturna ꝓpeſſio. Et pro ampliore declaratione notanduꝫ: ꝙ quintuplex patientia inuenitur. ¶Prima eſt remiſſoruꝫ. ¶Secũda: mundanorũ. ¶Tertia: ſtultorum. ¶Quarta: Ipocritarum. ¶Quĩta virtuoſorum. ¶Prima eſt patientia remiſſorum: eorum. ſ. quibus ex offitio incumbit reprehendere: corrigere: vel punire aliena peccata. & tamen illa tolerant. Contra quos eſt ca ¶Facientis. lxxxvi. di. vbi dicitur: Facientis ꝓculdubio culpam habet: qui quod poteſt corrigere: negligit emendare. & lxxxiii. di. ca. Conſentire. Cõſen ſentire videtur tractanti: qui ad reſecanda que corrigi debent non occurrit. & eadem di. in ca. Error. Cui non reſiſtitur approbatur. & veritas cuꝫ minime defenſatur opprimit̃. Negligere quippe cuꝫ poſſet ꝓturbare puerſos: nichil aliud eſt: q̃ fouere. nec caret ſcrupulo ſocietatis occulte: qui manifeſto facinori deſinit obuiare. De hac aũt vel tolerantia: vł punitione malorum copioſius diſputabitur ĩ ſermone de iuſtitia. ¶Secunda eſt pacientia mũdanorũ: eorum. ſ. q ꝓpter mundum quoſcũq; labores ſtrẽnue tolerant. De qbus dicit̃ xlvii. di. ca. Omnes. Oms huius ſeculi dilectores in terrenis his rebus fortes ſunt: in celeſtibus autem debiles. Nam pro tẽporali gloria vſq; ad mortem deſudare appetunt. & ꝓ ſpe ꝓpetua nec parum qdẽ in labore ſubſiſtunt. pro terrenis lucris iniurias quaſlibet tolerant: & pro celeſti mercede: vł tenuiſſimi uerbi contumelias ferre recuſant. terreno iudici toto etiam die reſiſtere fortes ſunt: in oratione coram domino: vł vnius hore momento laſſantur. ſepe nuditatem: deiectionem: famem: pro acquirendis diuiciis atq; honoribus tolerãt: Supna autem laborioſe querere: tanto magis diſſimulant. quanto magis ea retribui tardius putant. hec ille ¶Tertia ẽ patientia ſtultorum: eorum qui ſciunt: ꝙ peccando mortaliter ſeruiũt diabolo. & ꝓmittunt ſe trahi ab illo de peccato in peccatũ. Quibus dicit Paulus. ii. ad Chorinth. xi. ca. Libẽter ſuffertis inſipientes: cum ſitis ipſi ſapientes. Suſtinete enim ſi quis vos in ſeruitutẽ redigit: ſi qnis deuorat: ſi quis accipit: ſi quis extollit: ſi qs in faciem

UVA. BHSC. IyR_144

vos cedit. ¶ Quarta est patientia Ipocritarum: De quibus dicitur Math. vi. Exterminant enim facies suas: ut pareant hominib9 ie/iunantes ¶ Quinta est patientia virtuosoruz: De qua dicit Ag9. in li. de patientia: Virtus animi que patientia dicitur: tam magnum donum dei est: ut etiam ipsius qui nobis eam largitur: patientia p̄/dicetur. & de hac Xp̄s Luce. xxi. ca. In patientia vestra possidebi tis animas vestras. & Iacobus. i. ca. Patienta opus pfectum habet: Et. ii. ad Corinth. vi. ca. In omnibus exhibeam9 nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia. & ad Ephesios. iiii. Cū patientia supportantes inuicem. & i. ad Corinth. vi. Sectare iustitiam: pie/tatem: fidem: caritatem: patientiam. Huius autem officium est cō seruare bonum rationis contra tristiciam: ne. s. ratio tristicie succū bat. Nam virtutes morales ordinantur ad bonum: inq̄tum conser/uant bonum rationis: contra impetus passionum. Inter alias autez passiones tristicia efficax est: ad impediendum bonuz rationis. scdz illud Eccles iast. xxx. Multos occidit tristicia. Hec Tho. secūda. ii. .q. cxxxvi. ꝓpterea dixit Lucanus: Gaudet patientia duris. Notā dum tamen q̄ aliud est passionem & afflictionem in aduersitatib9 non sentire: aliud nō sufferre. qui homo est angustias & tribulatio nes sentit: sed si non est virtuosus: & fortis animo: in passione defi/cit: & multa aut cogitat: aut loquitur: aut operatur: que non conue niūt. qui vero virtuosus est: & si ut homo aduersa sentiat: tamen in dolore modū adhibet: & mēsuram seruat atq̄ modestiam. Propte rea inq̄t Seneca de consolatione ad Paulinuz: Non sentire mala sua non est hominis: non ferre non est viri. & Tullius li. ii. de Orato/re: Magna laus & admirabilis videri solet: tulisse casus sapienter aduersos: nō fractū esse fortuna: retinuisse ī reb9 asperis dignitatē.

¶ De quinq̄ in q̄b9 debet vnusq̄sq̄ esse patiens. Capitulū. ii.

Secunda consideratio de patiētia dicit̄ determinatio. Debz nāq̄ homo determinate esse patiēs maxime in quinq̄: vide licet ¶ Primo: in contumeliarum illatione. ¶ Secundo: in tē poraliū bonoruz pditione. ¶ Tertio: in carorū amissione. ¶ Quar to: in corporis flagellatione ¶ Quinto in voluntaria operatione. ¶ Primo debet homo esse patiens in contumeliarum & iniuriarum illatione: Solent nāq̄ homines neq̄ & mali molestare bonos: nūc de trahendo: nūc cōuiciādo: nūc contumelias inferendo. Ibi virtus est vbi boni patienter sciunt sufferre. Quoniā ut dicit̄. xxiii. q. iiii. ca. Tu bonus. Tu bonus tollere malum. & idem in ca. Tollerandi. &

UVA. BHSC. IyR_144

in ca: Qui ſcdm carnem. In ca. Vero. Hec autez vita Gregori9 ait: Si boni eſtis: q̃ diu in hac vita ſubſiſtitis: equanimiter tolerate ma/ los. Nam quiſq̃s non tolerat malos: ipſe ſibi p̃ ipatientiam teſtis eſt quia bonus non eſt. Abel enim eſſe renuit: quem Chaim malicia nō exercet. & Lactantius in. v. li. diuinarum inſtitutionū: Non eniz minus malum eſt referre iniuriam: q̃ inferre. Nam vnde certami na inter homines contentiones q̃ naſcuntur: niſi q̃ improbitati op/ poſita in patientia magnas ſepe concitat tempeſtates. q̃ ſi patientiā que virtute nil melius: nil in homine dignius inuenire poteſt: in p̃ bitate oppoſueris extinguetur protinus: tanq̃ igitur aquam ſupfu deris. Sin aūt p̃uocatrix illa inpatientia: improbitatem ſibi cōparē nacta eſt tantum excitabilius incendium. ut id non flumen aliquod ſed cruoris extinguat effuſio. Magna itaq̃ patientie ratio eſt: quā ſapiens auget bono viro: vt enim nichil malorum fiat: hec ſola effi/ cit: que ſi detur omnibus: nullū ſcelus: nulla fraus: in rebus huma/ nis erit. Spectat vtiq̃ ad magnanimitatē: quod nōnulli aſcribūt ad vtilitatem. ſ. ferre patienter & equo animo uerba contumelioſa. cō tra quos eſt dictum Senece li. de clementia: vbi inquit: Magni ani mi p̃prium eſt: iniurias atq̃ offenſiones ſpernere. & Idem in li. de p̃uidentia: Manet ſine aduerſario virtus. tūc apparet q̃ta ſit: q̃tūq̃ polleat: cum quid poſſit patiētia oſtendit̃. & Sapiēs p̃uerb. xvi. ca. Melior eſt patiens viro forti: & qui dominat̃ animo ſuo: expugna tore vrbium. Ex hoc laudatur patientia magnorum virorum atq̃ potentum: qui patientes fuerunt ad ferendū iniurias. Scribit nāq̃ Seneca: de Anthigono Rege: q̃ cum audiſſet quoſdam: q cum nō videbant de ſe male loquentes: acceſſit ad eos: & dixit: Nunc male dixiſtis Anthigono: cuius occaſione in has miſerias incidiſtis. Mō autem bene optate ei: qui vos ex hac voragine eduxit. nec amplius eis dixit. Dicit̃ etiam in Policrato: q̃ Ariſippus cuidam maledicēti ſibi: philoſoph9 patiens reſpondit: Tu lingue tue: & ego auriū mea rum dominus ſum. & ibidem narratur: q̃ Senophon philoſoph9 de ſe maledicenti reſpondit: Tu didiciſti male dicere: ego male dicta contemnere. Ibidem habetur de Octauiano: q̃ cum eidem deſcen/ denti Rome p̃ ſacram viam: deſperatus quidam diceret: O tirāne: reſpondit: Si eſſem: nō diceres: nec amplius de verbis eius curauit. Fertur adhuc ibidem: q̃ ſimillim9 quidā adoleſcens Octauiano: vr bem intrauit: quē Auguſtus ad ſe adductuz interrogauit: Dic mihi adoleſcens: fuit nūq̃ mater tua Rome? negauit ille: nec contentus

UVA. BHSC. IyR_144

adiecit: sed pater meus. Loci itaq; asperitate vrbana: noticiam oim & familiaritatem sibi consciliauit. Ibidem adhuc fertur: illud quod scribit Ag9. iiii. li. de ci. dei: de magno Alexandro: qui cum reprehenderet piratam quendam dicens: Cur mare habes infestum? ille libera voce respondit: Quid tibi? ut tu orbem terrarum. sed quia id ego vno nauigio facio: latro vocor: quia tu magna classe: diceris Imperator. Si solus & captus sit Alexāder: latro erit. & multa alia cō tra Alexandrum ptulit animose. Miratus Alexander constantiaz hominis: honorauit eum: iussitq; conscribi militie. Similiter narrat ibi: q9 Antigonus pedagogus citharam Alexandri magni fregit: abiecitq; dicens: etati tue iam regnare conuenit: ut ea que in corpore regis uoluptatem luxurie dant domineris. quod ille patientissime tulit. Quibus exemplis apparet: non uile esse: neq; uitupera bile: immo magnificum: egregium atq; decorum illatas iniurias despicere. Secundo debet homo esse patiens in temporaliū bonorū perditione: ut nō subruat animus: neq; desperet. si quādoq; hec fortune bona: ut honor: dignitas: potētia: diuitie: et similia diminuantur. Propterea laudatur Anaxagoras: qui non est cōtristatus: qñ ī patriam rediens: possessiones suas desertas et dissipatas inuenit. et Bias priencus letanter respōdit: his qui eum interrogarūt: quid secum ferebat: cum fugiebat de patria: quem inuaserant hostes. Oīa mea mecum porto. De quibus mensionem feci in sermone de auaritia: siue de contemptu diuitiarum.

¶ Tertio: debet esse homo patiēs: in suorū carorum seu propinquorum amissione. Nam sunt multi: qui propter mortem suorū nullū habent modum: indignantur deo: & se ipsos cōmittunt cōsumēdos dolori. Pro quibus dicit Seneca de consolatione ad Paulinū. Quid tam humile ac mulhebre est: q̄ cōsumendū se dolori cōmittere? Nos autem non interdicimus eis: quin pro suis mortuis quadam pietate ducti doleant: et lacrimētur. Fleuit Ioseph super patre suo mortuo. ut dicitur Genes vltimo. ca. Et Abraham fleuit super Sarra mortua: post. cxxvii annos uite sue. Genes. xxiii. ca. Fleuerunt et patres antiqui pro morte suorū. Et xps lacrimatus est: cum lacrimātem vidit Magdalenam pro fratre mortuo. Io. xi. ca. Et virgo beata doluit: et fleuit in morte christi. Damnamus superabūdantiam doloris: que videtur quandam desperationē pretēdere. Quapropter Paulus scdē ad Thesalonicenses. iiii. ca. ait. Non contristemini sicut et ceteri: qui spem non habent. Et. xiii. q. ii. ca. vbicūq; hec aūt

UVA. BHSC. IyR_144

et.ca.habēt.et.ca.qui diuina vocatiōe. Confirmatur quod dicim9 Hinc Hieronimus ad Tyrasium ait. Caritatis tue scripta percepi In quib9 animum tuum dolore cōmotum de filie dormitiōe cognoui. Non aliud in te admiratus sum: q̄ cristiani pectoris abs te virtutem ablatam fuisse. stupeo murum fidei penetratum vulneribꝰ orbitatis quem sopire debuerat spes resurrectiōis: & regni celestis resurgere credimus mortuos nostros & plangimus· Quid facere mus: si mori tantum preciperet deus· voluntas eius vtiq; sola suffi ceret ad solacium: cui nullum iubemini affectū preponere· hec ille

¶ Propterea Valerius maximus li.v. Rubrica de parentibus: qui obitum filiorum forti animo tulerunt· Laudat Anaxagoram: qui audita morte filii: respōdit nuncio: nihil inexpectatum. aut nouū nuncias. Ego enim illum ex me natum mortalem esse sciebam: & scio neminem mori solere: qui nō vixerit. nec aliquem viuere qui moriturus non sit.

¶ Quarto debet vnusquisq; esse patiens in corporis flagellatiōe: cuꝫ corpus egritudinibus & infirmitatibus aggrauatur. Sicut de beato Francisco legim9. de quo dicit dominus Bonauentura i legenda magna Cum duris corporis angeretur doloribus: illas suas angustias non penarum esse censebat nomine: sed sororū. dum autez semel grauius solito dolorū vrgeretur aculeis: quidam frater simplex dixit ad eum: Frater ora dominū: vt mitius tecum agat. Manum enim suam plus debito super te grauare videtur ¶ Quo audito: vir sanctus cum eiulatu exclamās ait: nisi noscerem in te simplicem puritatē: tuum ex nunc abhorrerem consortiū: qui ausus fueris circa me diuina iudicia reprehensibilia iudicare ¶ Et licet totus esset attritus: grauis prolixitate languoris: proiciens se in terram ossa debilia duro casu collisit. & deosculans humum: gratias inquit tibi ago domine deus: de omnibus his doloribus meis· teq; mi domine rogo: vt centuplu3 si tibi placuerit addas: cum tue sancte voluntatis adimpletio sit mihi consolatio semper plena.

¶ Quinto debet esse vnusquisq; patiens in voluntaria operatiōe: in ieiuniis: oratiōibus: vigiliis: & disciplinis: aliisq; operib9 virtuosis cum premium illorum sit eterna vita· In omnibus autem vnusq;sq; memor esse debet illius patientissimi Iob. qui in omni aduersitate sua: in damno rerum: sive in morte repentina filiorū: sive in plagis & vulneribꝰ corporis sui solitus erat dicere: dñs dedit: dñs abstulit sicut domino placuit: ita factum est: sit nomē domini benedictum.

UVA. BHSC. IyR_144

¶ Quod quinq; ſunt regule: ad acquiren
dam pacientiam. ¶ Capitulum tercium.

Tertia conſideratio eſt: de patientie acquiſitione. In qua di cēdū ē quō pacientia pōt acquiri ¶ Et ad hec notande ſunt quinq; regule. ¶ Prima dicit̃ Recogitatio ¶ Secūda: Meliora tio ¶ Tercia: Premiatio ¶ Quarta: Auxiliatio. Quiuta: Exemplatio ¶ Prima regula dicitur Recogitatio· Quandocūq; enim qs ſentit aduerſa multa imminere ſibi: recogitare debet peccata que cōmi ſit: & dicere illud Michee· viii. ca. Iram domini portabo: quoniaꝫ peccaui ei. Sic faciebant fratres Ioſeph quando venerunt in Egyp tum: & Ioſeph loquebatur cum eis: & ipſi non cognoſcebant eum: & dicebat: frater veſter vnus ligetur in carcere: vos autez abite: & fratrez veſtrū minimum ad me adducite. At illi lingua hebrea credentes non intelligi ab Ioſeph: dicebāt adinuicem· Merito hec patimur: quia peccauimus in fratrem noſtrum: videntes anguſti am anime illius: cum deprecaret̃ nos: & non audiuim9· Idcirco ve nit ſuper nos iſta tribulatio.

¶ Secunda regula dicitur Melioratio· Quandocunq; quis tribula tionibus quatitur: vt patiens fiat: conſideret· q; deus in hac vita ſe pius vexat: quos amat: & omnia in melius interpretetur. Vnde Iob. v. ca. dicit̃. Beatus homo qui corripitur a domino. Increpatio nem ergo eius ne reprobes· Et ſapiens eccleſiaſtici. iii. Diſciplinaꝫ domini ne abicias: nec deficias: cum ab eo corriperis. Quem enim diligit dominus corripit. & quaſi pater in filio: complacet ſibi. So let eniꝫ tribulatio ſatis ꝓdeſſe anime: ad illuminandū eam: atq; ad ſuperandas mundi & carnis blandicias· Vnde Lactantius in· ii. li. diuinarum inſtitutionū ait. Tum maxime deus ex memoria homi num elabitur: cum beneficio eius fruentis honorem diuine indul/ gentie dare debent· At vero ſiqua neceſſitas grauis preſſerit: tūc domini recordātur: ſi belli terror infremuit: ſi morborum peſtife ra vis incombit: ſi alimenta frugibus longa ſiccitas denegauit. Si ſeua tempeſtas: ſi grando ingruit: ad deum confugitur: a deo peti tur auxilium: deus vt ſubueniat oratur. Si quis ī mari vento ſeui/ ente iactatur: hunc inuocat. Si quis aliqua vi affligatur: hunc poti/ us implorat. Si quis ad extremam mendicandi neceſſitatem dedu/ ctus victum precibus expoſcit: hunc ſolum obteſtatur: per eius di uinum atq; vnicum nomen. hominum ſibi miſericordiā querit. hec ille. ¶ Et Hieronimus Tribulationis vtilitatem per exemplum

UVA. BHSC. IyR_144

quoddaꝫ explicat in epiſtola ad ruſticum monachū dicens: Grecus adoleſcens erat in cenobio: qui nulla abſtinentia: nulla operis magnitudine flammā poterat carnis extinguere. hunc periclitanteꝫ pater monaſterii hac arte preſeruauit: imperat cuidam viro graui: vt iurgiis atq; cōuiciis inſectaretur hominē: & poſt irrogatas cōtumelias primus veniret ad querimonias: vocati teſteſ: pro eo loquebantur. qui contumeliā fecerat. ſolus pater monaſterii defenſioneꝫ ſuam callide opponere ſtuduit. ne abundantiore triſtitia abſorberetur frater. Quid plura: ita annus deductus eſt. quo expleto: interrogatus adoleſcens ſuper priſtinis cogitatiōibus: ita adhuc moleſte ſuſtineret: pape inqt: Mihi viuere nō licet: & fornicari libet

¶ Tertia regula: ad acquirendā patientiā dicit̄ Premiatio. Quandocunq; quis deficere videret animū in tribulatione: aut in laboribus propter deum ſuſceptis: ſtatim ſubleuari debet ad illam mercedem vberrimam & copioſam: que repromittit̄ nobis in celis. de qua chriſtus dicebat Mathei. v. Beati eſtis: cum maledixerint vobis homines: & perſecuti fuerint vos: & dixerint omne malum aduerſum vos: mentientes propter me: gaudete: & exultate: quoniā merces veſtra copioſa eſt in celis ¶ Sic Stephanus cum eſſet inter eos. qui perſequebantur ipſum: intendens in celū: vidit gloriā dei.

¶ Quarta regula dicitur Auxiliatio. Quādocūq; aliquis premitur multis anguſtiis: ſciat deum aſtare ſibi: vt ei ſuccurrat: vel vt patientiam tribuat: dūmodo ipſe auxilium eius poſtulet ¶ Ideo Dauid in pſ. xxxvi. ait Iuxta eſt dominꝰ his qui tribulato ſunt corde. Eſt de hoc exemplū magni Antonii: qui cum poſt multa etiam verbera: que a demonibus fuerat paſſus: vidiſſet iu ſplendore quodā mirabili dominū ihesum chriſtum: dixit ad eum: vbi eras bone Ihesu vbi eras: quare a prīcipio nō fuiſti: vt me iuuares: & vulnera mea ſanares! Cui dominus: Antoni hic eram: & meo auxilio certamen ſuperaſti. Amodo autem quia viriliter dimicaſti: in toto orbe faciam te nominari.

¶ Quinta regula. ad acquirendam patientiam dicitur Exemplatio Quando aliquis cupit habere patientiam: vltimum eſt remedium intueri ſanctorū exempla. & potiſſimū domini noſtri Ihesu chriſti

¶ De quo Petrus prima epiſtola ca. primo dicit: Chriſtus paſſus eſt pro nobis: nobis exemplum relinquens ¶ Et Paulus ad hebreos. xii. ait. Recogitate eum: qui ſuſtinuit talem a peccatorib9: aduerſus ſemetipſum cōtradictionem: non vt fatigemini animis veſtris

UVA. BHSC. IyR_144

deficientes ¶Que nam patientie exempla non inueniunt̃ in Chri sto. Vide illum o anima in cruce nudatum. Vide & contemplare diligenter si te grauatam sentis infirmitate corporis. Audi illum dicentem tibi. Et ego pro tua salute a planta pedis: vsq; ad verticē totus sum vulneratus. Si dixeris ei: heu iniuste accusor: inique cri minor ab emulis meis: respōdebit tibi! Et ego qui deus sum factus homo: iustus: sanctus: pius: sapiens: mundus: & impollutus vocor: Samaritanus: seductor: malefactor: blasphemus: & velut perditis simus reus: in medio latronum crucifigor. Si conquesta fueris de paupertate· Et ille clamabit: O anima mea sustine patienter. quia & ego amore tui in tanta sum paupertate constitutus: vt nō habeā vbi caput reclinem in cruce. Sitiui: at aque mihi guttula denegat̃. Et tandem nihil inueniri potest: in quo nos patiamur pro amore crucifixi: quin magis in illo patiatur ipse pro amore nostro· Prop terea Aug9. in li. de cōflictu viciorū ait: Si passio redemptoris ad memoriam reuocatur: nihil tam durum est: quod non equo animo tolleret̃. Parua enim tolleramus: si recordemur quid biberit ad pa tibulum: qui nos inuitat ad celum: Ille enim opprobria: irrisiones contumelias: alapas: sputa: flagella: coronam spineam: crucemq; su/ stinuit. & nos miseri ad nostrā confusionē vno sermone fatigamur vno verbo deicimur. hec ille. Quare ꝓcuremus feruenter: vt acq ramus patientiam: per quam deus largietur nobis gratiam: & i fu turo sempiternam gloriam. in qua est benedictus per eterna secu lorum secula .:. AMEN.

¶Sermones clarissimi in sacra theologia Magistri fratris Roberti Caratzuli de litio ordinis miorū De timore iudiciorum dei· impressi in ciuitate Neapolis Per Arnaldum de Bruxella. die·xxi. mensis Iulii. Anno .M.CCCC.LXXIII.

UVA. BHSC. IyR_144

¶ Tabula quinternorum et foliorum ſermonum clariſſimi fratris Roberti caratzuli de litio ordinis minorum de timore iudiciorum dei

¶ Primum uacat
Epiſtola uenerabilis
ne communicet
ſere pares hinc
bilisſimā eloquentiam
¶ Quod eſt falſum
reſiſtere poteſt
eis non eſſe
allegantes
et non uiues
¶ Pena idcirco
priuantur omni
eſt in corpore
primo conſideremus
illuminationes ſunt
¶ Xviii. ca. eiuſdem
caritatem dei
inquit eſt magis
vtatur mature
marcialis coquus
Preciperet de hac
parentum deriuantur
dixit geñ. i. ca.
nes perierunt
qui fuerunt
¶ Solent plerique
a canuſinis
tertia ratio
maturitatis ut
iniquitas ita
¶ Ex parte rei
nabilis lucis
ſuorum qui ſit
coquens in olla
ſua terram
¶ Vt dicit Auguſtinus
capta eſt hieruſalem
hebreorum
cum in celum
tam eſſe vnam
¶ Nicolaum de lira
miſiſ boſeth remanſit
prouidiſſent
Agacz patrem
tribus vicibus
¶ Ad ubera ſuſpenſis
eius homicida
ex omni iudea
ex lumine rationis
deus nam ſi
¶ Siue ſigno audibili
ipſi homines
qui ſuorum
dicitur
deum & ſi non

UVA. BHSC. IyR_144

UVA. BHSC. IyR_144

UVA. BHSC. IyR_144

UVA. BHSC. IyR_144

15

UVA. BHSC. Lyr. 144

Biblioteca de Santa Cruz
IyR 144

UVA. BHSC. Tyl...44